opere in rerũ.j.de oper.liber.vbi tex.hoc exprimit, vt j.dicã, Iſte
quidẽ officiales nõ debẽtur ſi nõ imponãtur, vt j.videbitis.nec
põt libertus ad earũ preſtationem cogi. In illis ergo ponẽdus
eſt caſus in hoc prin. Cõtra quã lectu.opp.naturalis obligatio
10 vt bene faciẽti †benefacias, nõ impedit repetitionẽ indebiti.
hoc iure gẽtiũ.ſ.de iuſti.⁊ iure.⁊ l.ſed ⁊ ſi.§.conſuluit.de

here. hic vero dicitur cõtrarium, ergo male. Sol. ista naturalis
obli. vt benefacienti benefaciamus, in liberto respicit certã speciem
obligationis, hoc est, vt ei seruiam, ⁊ ei operer circa personam
suam. Ista casu si illud, ad quod contracta est obligatio, soluatur
non põt repeti vt in prin. huius §. Si vero eidem soluam
illud indebite, vt operas fabriles, que respiciunt patrimoniũ ⁊
non personam, licet ei sim obligatus naturaliter in genere benefacere,
nõ tamẽ impediat repetere illud indebite solutum. vt hic.
Et ita debet intelligi gloss. in d. l. ex hoc iure. ⁊ ibi plene dicam.
* Quod ibi dixi, potest reduci breuioribus verbis, vt plenius
scias istam materiam, quando obligatio ad antidora impediat
repetitionẽ, dic hoc modo, Aut illa naturalis obligatio ad antidora
est reducta ad necessitatem secundum precepta iuris ciuilis,
⁊ tunc talis naturalis obligatio ad antidora impedit soluti
repetitionem, vt hic in nostro §. Aut non est reducta ad necessitatẽ
secundum precepta iuris ciuilis, ⁊ tunc aut respicit certaz
obligationem in specie ⁊ impedit soluti repetitionẽ, vt hic secundum
lecturam doctorũ. Si vero non est in certa specie, tũc aut
prestatur illud idem, propter quod est inducta naturalis obligatio,
⁊ tũc impeditur soluti repetitio, vt l. si testamẽto. ĩ. de fideiussor.
⁊ ĩ. mand. l. si vero non remunerandi. §. idem Papinianus.
Scdo casu si non prestatur non impedit vt alleg. gloss. l. ex
hoc iure. ff. de iusti. ⁊ iure. * Dixi etiam in l. si testamento. §. j. ĩ. de
fideiussor. ¶ Contra hoc opp. de l. cum quis, ⁊ l. error. C. ad l. falci.
Sol. Ultramõtani reprehendunt gl. in eo quod dicit quod
ibi loquitur de naturali debito, ⁊ ideo leges nõ obstant, sed ego
tenui glo. in d. l. cum quis. ⁊ l. j. ff. eo. ⁊ ideo dic quod hec l. debet
distingui secundum illas. De ista tamen naturali obligatiõe plenius
videbitis in d. l. ex hoc iure gentium.

Uenio ad secundam partem.

Ista secunda pars est multũ subtilis, ⁊ glo. intelligit hic in operis
fabrilibus incertis, ⁊ opp. quod diuersorũ hominũ opere dicantur
eedem. l. nemo est qui nesciat. ĩ. de duob. reis. Sol. dicit
glo. quod sunt eedem in genere, non in specie, vel verius nõ sunt
eedem vere, vt hic, sed iuris fictione sic quãdoqꝫ, vt ibi, quod qñ
sit ĩ. dicam. ¶ Item opp. illud idem, quod soluitur, debet repeti,
vt l. quod indebitum ff. eo. Sed hic dicitur estimationem repetẽdã,
quare male. Sol. lex, quod indebitum, loquitur quãdo
solutum extat, sed hic statim cuz opera soluitur, extinguitur, ergo,
⁊c. Hoc non videtur verum, q2 saltem fictione iuris dicitur
extare prestando operam similẽ, vt d. l. nemo est qui nesciat. Huius
timore Jo. in gl. posita super verbo, opere, dicit istum §. debere
intelligi in operis incertis, ⁊ sic non põt dici quod reddantur
alie similes propter earum incertitudinẽ. ¶ Sed cõtra hoc oppo
de tex. q dicit veluti pictorias, ⁊c. Et sic loquitur de certis.
Solu. dicit glossella ibi quod illud, veluti, est exemplificatiuum
prestationis, non obligationis. Item contra dictum Joannis
opp. condictio indebiti datur respectu eius quod est solutum,
sed opera, q iã soluta est, semp est certa, ergo alia similis illi solute
potest condici. Sol. dicit glo. illam potestatem debet habere
recipiens in reddendo, quã habuit soluẽs in soluendo secundum
ista iura, vt l. plane. ff. eod. sed soluens qui credebat se teneri
ad operas incertas, habebat potestatem soluendi eam quam
volebat, eo modo patronus recipiẽs posset reddere quam vellet,
⁊ sic contingeret quod redderet in alio genere, quam solutũ
est. Ne ergo perueniatur ad illud absurdum, repetitur estimatio.
Ita loquitur hic. Istud non est veruz, nam licet quis soluat
respectu obligationis generis, tamen idipsum quod est solutuz
repetitur l. cum is in fi. ĩ. eo. Sed hic ideo nõ repetitur q2 non
extat, vt hic dicit tex. ¶ Nec obstat si dicis quod fictione iuris
dicuntur extare si reddantur alie similes, vt d. l. nemo est qui nesciat.
quia illi fictioni est locus duobus concurrentibus, scilicet
quod hoc sit actum inter partes. ⁊ quod homines sint eiusdem
11 peritie vt ibi patet, que hic non concurrũt † nam condictio indebiti
preter propositum partium oritur, ideo hic nõ habet locuz
illa fictio. Ita tenet Jaco. But. ⁊ ita ibi dixi in d. l. nemo. ⁊ ideo
non curo vtrum libertus putaret se obligatũ ad operas certas
12 vel incertas, idem enim iuris est quantum ad hoc. ¶ † Quãdo
ergo aliquis putãs se obligatũ in genere, soluit aliquam speciẽ
illius generis, quid possit repetere? Dic aut solutio est facta in
his que in suo genere recipiunt functionem, ⁊ repetet tãtundẽ.
vt ff. eo. l. quod indebitum. Aut in his que non recipiũt functionem
in suo genere, ⁊ tunc aut loquimur in his que per solutionẽ
extinguuntur, ⁊ tunc illud solutũ non poterit repeti sed eius estimatio.
quatenus recipiendo factus est locupletior, vt hic. Aut
in his, que non extinguuntur, ⁊ tunc si quidem extat, ipsum repetitur,
vt l. cum is. infra eodem. si non extat, non repetitur nisi recipiens
esset factus locupletior. d. l. cum is. ĩ. eodem. ¶ Item
oppon. quod ipse opere repetantur. l. fina. de oper. seruo. Sol.
13 dicit gl. † ibi petũtur opere, hoc est estimatio operarum. Ita dicit
gl. hic sup verbo, reddere põt. Tu dicas quãdoqꝫ opere petũtur
b simpliciter[b] nõ respectiue ad alias operas iã prestitas
vel prestãdas ⁊ ipse opere possunt peti, sicut cetera facta, sꝫ post
morã succedit obligatio ad interesse. l. in stipulationib. §. operarũ.
ĩ. de verb. obl. ⁊ l. ij. de ope. seruo. Quãdoqꝫ petunt respectiue
ad alias operas, ⁊ tũc siquidẽ hoc sit ex cõuẽtiõe, ipse opere
possunt peti duob. modis cõcurrentibus, scilicet quod ex cõuẽtiõe
fiat vt dictũ est, ⁊ sit similitudo peritie. l. nemo. Si vero nõ
fiat ex conuentione, sed in obligationem incidamus preter propositum,
tunc non possunt peti opere, sed estimatio, vt hic. Sumus
expediti de his que pertinent ad §.

Ueniamus ad glo. magnam,

14 que tractat materiã de operis libert. ¶ † Primo quero quid sit opera?[c]
c Respondeo, est diurnũ officiũ. l. j. ĩ. de operis libert. ⁊ intellige
diurnũ, idest, diei artificialis, vt l. ij. de ann. le. de vb. sig. l. ij.
15 ¶ Juxta hoc quero, qd si aliquis † debet operas nocturnas,
id est, custodire turriz de nocte, an dicãtur opere? Puto qd sic,
l. duorum. ĩ. de operis liberto. arg. de aqua plu. arc. l. si prius. in
pri. ¶ Quero vtrũ obsequiũ sit opera? Respõdeo vt dicã ĩ. proxi.
16 ¶ Scdo principaliter quero † qualiter opere diuidãtur?[d]
d Respõdeo secundũ Azo. in summa de oper. liber. ⁊ hic in gloss.
qd triplex est operarũ diuisio, q2 alie obsequiales, alie fabriles,
alie artificiales. Obsequiales cõsistũt in reuerẽtia, Fabriles incerte,
⁊ artificiales certe. Dicit gl. Jac. de Ra. ⁊ Pet. in repetitione
huius §. ⁊ Cy. sequẽdo eos in l. liberti liberteqꝫ. C. de operis
17 liber. reprobant istam diuisionẽ. Nam non placet eis † quod
obsequiũ sit opera, nã opera est diurnũ officiũ, vt dictum est, sed
obsequiũ nõ cõsistit in diurno officio ergo, ⁊c. Preterea distincti
sunt tractatus ⁊ distincti tituli de obsequiis libertorũ, ⁊ de oper.
libertorũ, ergo non debent idem dici. l. si idem. C. de codic. Certe
gl. ⁊ Azo hoc idẽ dicũt, quod obsequiales improprie dicunt
opere, vt ĩ. sequitur in glo. deinde dicunt predicti Jaco. ⁊ Pet.
quod differentia predicta, scilicet fabriles incerte, ⁊ artificiales
certe, non est vera, quia nulla est lex, que hoc dicat, nisi iste §. intelligendo
prout gl. intelligit, qui intellectus non est verus, vt
dictũ est. Certe Azo ĩ summa dicit qd illa appellatio fabrilis nõ
est iuris, sed ipse hoc nomine appellat gratia doctrine. Dicunt
ergo predicti doctores Ultramõtani quod est duplex operarũ
diuisio, alia officialis, alia artificialis. Officialis que exercet
p artẽ hominis habitã sine doctrina, artificialis vero q exercet
per artẽ hominis habitã per doctrinam, vt l. legatis. §. si ex officio.
ĩ. de lega. iij. ⁊ hoc modo soluũt ꝯrietatem multarum legum
18 ⁊ sic intelligunt istum §. Mihi vero videtur † quod in ista materia
e ipsi non bene loquunt.[e] Nam opere officiales, intelligendo,
prout ipsi dicũt in vagãdo ⁊ zappãdo, ⁊ similia, q quilibet scit
facere sine doctrina, possunt edi alteri, sicut patrono, ⁊ libertus
in eis posset delegari, q2 mutatiõe persone nõ videntur alie. l. opere
in reruz. ĩ. de ope. liber. ergo hoc modo nõ potest intelligi iste
§. Dico ergo sic, quod iuriscõsul. appellant operas officiales, q
19 cõcernũt † psonam edẽtis, ⁊ eius cui edunt, ⁊ sic ex varietate psone
variantur opere, verbi gratia, seruire vni domino in mẽsa,
in camera, associare eum per terram, iste dicuntur opere officiales,
que variant varietate persone. Aliud enim seruitium requirit
vna persona, aliud alia. l. opere. ĩ. de operis liber. ⁊ l. he demũ
20 opere. in fi. eo. tit. Sed † si poneremus aliquem esse zappatorẽ,
vel bubulcum, vel aliquid aliud scire, quod personaz eius cui exhibet
non ꝯcernat, tunc nõ dicunt opere officiales prout in hac
materia sumitur, sed magis dicuntur opere fabriles, que cuicũque
exhibentur, eedẽ sunt respectu exhibentis, vt d. l. opere. in
fi. licet alio respectu dicte opere possint dici officiales vt dicunt
doc. Ultramonta. tamen dico nõ ĩ ista materia. ¶ Item diuisio
gl. nostrarum nõ placet, cũ em̃ habemus vocabula diuisionis a lege
non est necesse quod nomina magistraliter imponamus: argumen.
infra de prescriptis verb. l. secunda. Dico ergo sic, quod
21 † operaruz quadruplex est species. Quedam sunt obsequiales
⁊ iste non dicuntur proprie opere, vt dictum est. Quedam sunt
officiales, que respiciunt personam eius cui edũtur, ⁊ mutationes
persone dicentur alie, alie sunt operes fabriles seu artificiales
certe, ⁊ appello fabriles, quas homines sciunt facere sine doctrina,
artificiales, quas sciunt facere homines ex doctrina, ⁊ artificio,
⁊ iste mutatione persone eius cui exhibentur, nõ diuersificantur.
vt d. l. opere in rerum. ⁊ l. sequenti, ⁊ in hoc §. in fine.
¶ Quarta est opera incerta, vt quando patronus ita obscure
stipulatur, quod non apparet vtrum senserit de officialib9 fabrilibus,
22 vel artificialibus, ⁊ de his ĩ. videbimus. Redeo † ad primum
f idest, ad operas obsequiales, ⁊ quero in quo consistunt?[f]
Gl. hic dicit quod obsequiales consistunt in assurgendo, ⁊ similibus.
Azo vero in summa dicit quod consistunt in assurgendo,

g ſalutando,reuerendo,eiuſqꝫ negotia gerēdo.[g] Hoc vltimū qđ
dicit de neg.gerēdis,pōt eſſe verū,ſi cōmittat̃ vnū negotium qđ
non habet officium vnius diei,vt mittere libertū pro ambaſia-
ta ad domum cuiuſdam amici.Sed ſi geſtio negotij requireret
officiū diurnū,tunc eſſet magis opera fabrilis,vel artificialis.l.
he demum.de operis liberto. Item dicit gl.hic qđ iſte opere ob
ſequiales conſiſtunt in non faciēdo,vt de non vocando in ius,de
nō teſtificando cōtra patronū,de nō accuſando.l.ij.de in ius vo-
23 can.⁊ l.pen.⁊ l.ſi.qui accu.nō poſ.⁊ ĩ.de teſti.l.lege Julia.¶ †Se
cundo eſt videndū in quo differant iſte opere inter ſe ſcilicet ob
ſequiales,⁊ in quo cōueniunt,differunt,qꝛ he,que cōſiſtunt in fa
h ciēdo,non tranſeunt ad heredem[h] extraneū,vt l.ij.C.de in ius
vocan.ſed ad filium ſic,etiā exheredatum non mala mēte. Sed
he que conſiſtunt in nō faciendo tranſeūt ad heredem extraneū,
vt d.l.ij.C.de in ius vocā. Ita dicit gl.hic ⁊ Azo in ſumma.Cer
te in eo quod diſtincte dicit qđ he que cōſiſtunt in non faciendo
tranſeunt in extraneum heredem,non placet,qꝛ hoc eſt verū de
non vocando in ius ſine venia,ſed in alijs de non accuſando , vel
non teſtificando,ſeu actionē famoſam non proponendo,iſta non
tranſeunt ad heredē extraneum,ſed poſſunt predicta contra eū
proponi,vbi originem non trahunt a facto defuncti patroni,vt
ĩ.de doli exceptio.l.apud celſum.§.aduerſus.Tertio eſt viden-
dam,in quo differunt iſte opere ab alijs,⁊ differunt,qꝛ non ſunt
proprie opere,vt dictum eſt. Item debentur ſine impoſitione,
24 qđ eſt in alijs ſecus,vt ĩ.dicetur.⁊ ita dicit gl.hic.†Quarto eſt
vidēdum de alijs operis que proprie ſunt opere.videlicet qua-
liter imponantur,⁊ qualiter differunt,⁊ in quibus cōueniunt,⁊
certe oēs opere imponūtur per ſtipulationē,vt per iuſiurandū
preſtitum a liberto,vt ĩ.de libera. cauſa.l.fin.⁊ de operis liber-
torū.l.vt iuriſiurandi.§.iurare.ibi,qualeſcūqꝫ,⁊c.⁊ hoc dicit gl.
⁊ bene.Deinde eſt videndum in quibus differunt,⁊ gloſſa. hic ⁊
Azo no.ſex differentias.

Prima eſt. nam certe opere ſtatim veniunt,⁊ cedūt,
cum poſſint preſtari,cedūt tamē a die ſti
pulationis. Incerte non niſi indicātur,id eſt petant̃ a patrono,
vtreqꝫ tū petunt̃ tūc demū,cū tm̄ tp̄s trāſierit quo preſtari po
tuerint,vt ĩ.de operis libertorū.l.quoties certe l.cū patronus.
⁊ l.opere in rerū.ſed hoc nō placet Ja.de Are.⁊ Pe.quos Cy.
refert in l.liberti liberteqꝫ.C.de ope.liber.qꝛ dicta differētia an
certe vel incerte,nō probatur iure,ſcđm eos,ſed differentia de-
bet notari inter operas officiales,⁊ artificiales,accipiēdo offi-
ciales pro his que cōſiſtunt in aliquo actu q̄ſito,ſeu qui ſcitur ſi
ne doctrina,vt s̃.dixi. Sed hoc mihi nō placet,vt dixi. Nec etiā
25 dictū gl.placet vſquequaqꝫ.Dicendū eſt †ergo qđ opere offi-
ciales,que cōcernūt perſonā eius cui exhibent̃ vt s̃.dixi,cedunt
cū indicūtur.Abſurdum enim eſt quod tu faceres perſone mee
ſeruitiū,niſi quando vellem,vt l.cum patronus.in prin.de ope.
26 liber.⁊ l.opere in rerū.eo.ti.¶ †Fabriles vero ſeu artificiales
que non concernūt certam perſonam,cedunt a die ſtipulatiōis,
vt dicta l.quoties certe.⁊ l.opere in rerum.⁊ ĩ.de verb.obli.l.in
terdum.§.j. Sed hic eſt aduertendū,quia quādoqꝫ opere ꝓmit
tuntur omnino certe omni certitudine,tam ex parte operarū,
quam ex parte loci,in quo debet fieri operatio,vt puta promit
to tibi decē operas zaptatorias in tali vinea,vel in tali campo,
tunc debet intelligi quod dixi quod cedunt a die ſtipulationis,
ſed ſi eſſent incerte ratione loci,vt puta promitto tibi decē ope-
ras zaptatorias,nec dico vbi,tūc illud qđ dicitur per gl.quod
cedunt a die ſtipulationis,pro tanto dicitur qđ nō eſt neceſſa-
riū peti a patrono,ſed tamē eſt neceſſe quod ipſi liberto demon
ſtret̃ locus,in quo debeat zappare,alias nō tenetur,vt l. multū
27 in prin.ĩ.de condi.⁊ demonſtra.†Dicetis vos quādo locus cer
i tus nō deſignat̃,tunc ſtipulatio erit ipſo iure nulla.[i] l.iij.§.ſi qs
inſulam.ĩ.de eo qđ certo loco,⁊ l.qui inſulam.ĩ.de verb.obl.Rn̄
deo,differentia eſt vtrum qs ſtipulet̃ operas vel opus. Nam ſi
ſtipuletur opus certū eſt qđ de ſui natura cohereat ſolo,alias
non valet non adiecto loco,vt in legibus cōtrarijs.Sed ſi qs ſti
puletur operas,referēdo ſe ad actum perſone,tunc valet etiam
nō adiecto loco,vt in multis legibus s̃.alle.⁊ hoc tetigi in l.ita
ſtipulatus.in prin.in quinta oppo.j.partis.ĩ.de verb.obligatio
28 nibus.†Quandoqꝫ quis ſtipulatur operas ſimpliciter,non di-
ſtincto vtrum ſint officiales,an fabriles vel q̄,iſto caſu qcqđ gl.
dicat,debemus reſpicere perſonā ꝓmittētem operas.Si em̄ ꝓ-
miſſor exerceret aliquod artificium tēpore ꝓmiſſionis,intellige
mus de operis artificialibus,idē de fabrilibus iudicabimus.
Si vero libertus nullas alias operas exercere ſciebat niſi offi-
ciales,vt ſunt multi domicelli,q neſciūt aliud facere quā famula
ri,tunc tāqꝫ de officialibꝰ ſiue obſequialibus iudicabimus. Hic
eſt tex.expreſſus in l.he opere.in prin.⁊ l.he demū.de operis li
bertorum. Sed quid ſi vtrumque ſciebat facere,⁊ erat conſue-
tus facere? Dico inſpicimus id,in quo magis verſabatur tem-
pore quo opere debebant preſtari,non tamen quo facta fuit ꝓ
miſſio,vt d.l.he demum.⁊ l.eius artificij.eod.ti.⁊ l.legatus ſer
29 uis.§.ſi vnus.ĩ.de lega.iij.¶ †Et predicta faciunt quod ſi ſta
k tutum eſt factum ſeu ꝓconium:[k] qđ quilibet debeat comparere
armatus publice tali die ad faciendum monſtrā debet intelli
armatus ſecundum cōdictionē perſone,vt puta miles vt miles,
pedes vt pedes,⁊ hoc cum diſtinctione,quia baliſtarius cū ba
liſta,⁊ ſic de ſimilibus,⁊ ſic ſecundum qualitatem illius exerci
tij armorum,in quo verſatur debet eſſe armatus,alias ſecundū
qualitatem hominum eiuſdem qualitatis,vel conditionis,facit
l.plenum.§.equitij.s̃.de vſu ⁊ habitatione.

Secunda eſt differentia Secūdū gl. in ſolutione,
l certe enim alij ſolui poſſunt,[l] incerte nō,vt d.l.opere in rerū. In
duobꝰ tū caſibus fallit in quibus ēt incerte ſoluūtur alij volē
te patrono. Primus,ſi patronꝰ nō poteſt aliter vti operis. Se
cundus,ſi eſt inops,vt l.patronus q operas [illegible] libertus artē.
ĩ.de ope.liber. Ultramontani non admittunt [illegible] differētiā
inter certas,⁊ incertas,ſed inter officiales ⁊ artificiales, intelli
gendo officiales,quādo dictū exercitium eſt [illegible] ſine do-
ctrina,ſecundum eos. Tu dic quod officiales he ſunt que cōcer
nunt officium exhibitum perſone,⁊ non poſſunt alij [illegible] in
duobus caſibus,vt nota.per glo. Artificiales vero [illegible]
poſſunt alij ſolui,vt in gl. Incerte vero iudicantur [illegible]
officiales,quandoque artificiales ſecundum conditionem
mittentis,vt dictum eſt,⁊ eodem modo quo ad ſolutionem
opere.in princ.ĩ.de operis libertorum.

Tertia differentia eſt ſecundū glo.in ad-
iectione perſona-
rū facta in ſtipulatione, certas enim mihi,aut Titio, incertas
autem tantū mihi ſtipulor. Itē certas poteſt ſeruus mihi vel ſi
bi vel ſimiliter ſtipulari,incertas vero mihi vel ſimpliciter non
ſibi,vt ĩ.de ope.liber.l.opere in rerum.cū l.ſequēti. ¶ Ultra
montani hoc non patiūtur inter certas,⁊ incertas,ſed inter ar
tificiales,⁊ obſequiales,vt dictū eſt ſecundum eos. Tu vero
cas quod officiales,que concernunt perſonam eius cui edi
nō poteſt quis ſtipulari ſibi,aut Titio,vt valeat adiectio,
ſolutionē factam adiectio liberetur ipſo iure,fateor tamē
liberaretur ope exceptionis,l.ſi.§.cum mihi.ĩ.de verb.obl
ſi id quod de duobus reis.⁊ quod liberatur ope exceptio
tangunt doctores in d. l.liberti liberteque. Itē ſeruus non
teſt eas ſtipulari ſibi , ſed domino,vel ſimpliciter,ſecus in ope
ris fabrilibus , ſeu artificialibus, vt d.l.opere in rerum. cū
l.ſequenti.que hoc expreſſe probat. Opere vero incerte quantū
ad predicta iudicantur quandoque,vt artificiales,quandoque
vt officiales ſeu fabriles ſecundum qualitatem ꝓmittentis, vt
dicta l.he opere.que expreſſe hoc probat.Et predicta faciūt ad
m queſtionem[m] ſi tu †conduxiſti operas cuiuſdā ſeruitoris,an poſ
30 ſis illum ſeruitorem alij concedere eo inuito vel actionem alteri
cedere,quam aduerſus eum habes? Et certe ſi quidam promi
ſit tibi ſeruitium quod concernit perſonā tuam,⁊ tunc non po
terit alij delegari. Si vero aliud promiſit puta ſcribere,⁊ ſimi
lia,⁊ tunc poterit alteri delegari,vt hic. Sed ſi promiſit tibi ſer
uitium vel operas ſimpliciter,dic premiſſam promiſſionem iu
candam eſſe operis officialibus,vel alias ſecundum qualitatē
perſone promittentis,vt dictum eſt , et ſecundum hoc poterit
alij delegari vel non delegari. Facit ad predicta de fideicō
miſſar.libertatibus.l.is qui ex cauſa,⁊ l.generaliter.§.quotiens.
Sic debet intelligi quod no.per doctores.C.de nouatio.l.

31 **Quarta differentia† eſt.** ſecundū gl. certas
bertus preſtare victu,⁊ veſtitu patroni,incertas ſuo victu,
de oper.libert.l.ſuo victu.⁊ l.aut certe.⁊ l.impoſi
l.pen.intelligatur de operis certis tantum,vt ibi nota.⁊ eſt in
hac glo. Alij,vt Jaco.Bal.dicunt totum econtra:certas pre
ſtet libertus ſuo victu,incertas victu patroni.Ratio quia in o
peris certis poteſt ſibi prouidere quid faciat,ſecus in incertis.
Tertij dicūt quod ſi libertus nō habet vnde ſe alat,debet preſta
re ſumptu patroni,alias ſumptu ſuo,videt̃ d.l.ſuo victu.⁊ d.l.
aut certe. Et iſtā opi.videtur tenere gl.tertia in d.l.ſuo victu.⁊
Azo.in ſumma,quod mihi placet. Quid ergo dicemus de alijs,
32 Aliquis†conducit operas alicuius[n] vtrū intelligatur ſumptu
n locantis,aut ſumptu conducentis? Rn̄.inſpicienda eſt conſue
tudo regionum,que conſueuit eſſe in conductione talium,⁊ illa
eſt ſeruāda,quia ſic actum videtur,vt l.excepto. ⁊ ibi not.C.lo
⁊ de agrico.⁊ cenſi.l.domini prediorum, ⁊ ibi not.⁊ de edil.e
l.quod ſi nolit.§.quia aſſidua.⁊ ĩ.de aqua plu.arcen.l.ſi p
§.j.ſed ſi conſuetudo non apparet,tunc ille alimentabitur de
cunia ſibi debita pro mercede,cum in dubio intelligatur ſu
ſuo victu. Ad hoc facit quod not.C.locat.l.ij.et infra mand

ſi vero non remunerandi.§.fi.⁊ dicta l.ſuo victu.vbi melius probatur,quia ſicut ibi facit propter remunerationem,⁊ ita hic ꝓpter mercedem.Sed ſi aliquis promitteret operas cauſa remunerationis ſeruitij ante habiti,tunc eſt adhibenda dicta diſtinctio.Aut promittens erat inops vel non,prout dixi in liberto,vt dictis legibus,que non habent locum ſolum in liberto,ſed in quolibet alio,vt d.l.penultima,de operis libertorum.Nõ enim intelligo ibi in alio exhibẽte pro liberto,ſed pro ſeipſo ex vigore ſue obligatiõis,pro quo facit,q̄ eadem eſt ratio.Si vero ꝓmiſſio operarũ fieret ex mera liberalitate,nõ cauſa mercedis,nec cauſa remunerationis,tunc intelligerentur ꝓmitti ſumptu eius cui debentur,vt infra commodati.l.in rebus.§.poſſunt.

Quinta differentia eſt Secũdũ gloſſaz,quia in incertis fideiuſſor ex ſua mora teneri non poteſt,vt puta cum non cedant niſi indicant̃,ſed in operis certis eſt idẽ q̄d in qualibet pecunia credita,vt l.ſi libertus morã.⁊ l.a duob.ĩ.de ope.liber.Ita dicit glo.hic,⁊ in d.l.ſi libertus moram.Sed iſta differentia nõ videtur vera,vt l.cum filius.§.j.ĩ.de ver.obl.quod dic,vt ibi plene dixi,⁊ in l.ſi quis pro eo in prin.ĩ.de fideiuſ.que faciunt ad multa,vt dixi in d.l.cum filius.§.primo.

Sexta differentia eſt Secundum gl.✝in tranſmiſſione,circa quã no.duo generalia °ſecundum glo.Primũ,q̄ nulla opera tranſit ad heredẽ heredis,vt l.ſciendum.de verb.ſig.ita etiã dicit Azo in ſumma.Hoc nõ placet,quia opere obſequiales trãſeunt ad quẽlibet ex liberis,etiã per infinitos grad⁹.l.ſed ſi hac lege.§.liberos.el ij.ĩ.de in ius vocan.Ad extraneos vero nullo modo trãſeunt,niſi vt ſuperius dictũ eſt.De officialib⁹ vero ⁊ fabrilibus,dic vt ſtatim dicã.Sed generale eſt vt diſtinguatur:ſi quidẽ patron⁹ ſtipuletur operas incertas ſibi ⁊ liberis ſuis,trãſit ad liberos,ꝓ equalibus portiõib.nõ ꝓ hereditarijs.l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ĩ.de ope.lib.Iſtud eſt primũ dictũ glo.q̄d eſt notabile ad multa,✝q̃ñ aliq̄s recepit i emphyteuſim ꝓ ſe ⁊ filijs,certe trãſit ad filios,nõ ꝓ hereditarijs portiõib⁹,nec ad eos vt ad heredes,ſed vt ad filios,etiã ſi abſtineãt ab hereditate paterna.Dixi plene in d.l.vt iuriſiurãdi.§.ſi liberi.Item aduerte✝q̄ licet ſtipulet̃ ꝑ ſibi ⁊ filijs ſuis copulatiue tamen intelligit̃ ordine ſucceſſiuo,hoc eſt,primo ſibi,ſecũdo filijs ſuis,vt infra,de oper.li.l.ſi q̄s operas.⁊ hoc eſt notabile ad multa,q̄ tanguntur in d.l.ſi q̄s operas.⁊ no.ꝑ docto.in l.liberti liberteque.C.de ope.lib.⁊ hoc etiam explicaui in l.Gallus.§.i.ĩ.de lib.⁊ poſth.✝Si vero tãtũ ſibi ſtipulat⁹ fuerit patron⁹ diſtinguit gl.oper.certas ab incertis,vt hic,⁊ plene ꝑ Azo.in ſumma.Tu dic aut loqueris de operis officialib⁹,⁊ trãſeũt ad filios,non ad extraneos,niſi ſcd̃m q̄d gl.dicit de operis icertis ꝑ eaſdẽ leges.Si vero loq̄mur de fabrilib⁹ ſiue artificialibus,tũc dic vt gl.dixit de operis certis,ꝑ eaſdẽ leges.De operis vero incertis,dic quãdoq̃ iudicãdũ eſſe ſicut de officialib⁹,quãdoq̃ ꝓut de fabrilibus ſeu artificialibus,vt patet ex his q̄ dicta ſunt ſ̄.Ex q̄bus apparet declaratio non ſolum iſtius gl.ſed totius tituli de operis liberto.

ADDITIONES.

a ALEX.¶Doctrina.Quid ſit officium,⁊ artificiuz,⁊ quot modis ſumatur officium? vide Bal.in rub.C.de ope.liber.

b ALEX.¶Simpliciter.Qualiter opere,ſaltem future peti poſſunt,vide Imo.in l.ſtipulationes non diuidunt̃.de verb.ob.

c ALEX.¶Opera.Quid ſit opera.adde Bal.in l.liberti.de ope.li.Et qñ dicit̃ hic de die,⁊ nocte,vide Bal.in ru.C.de ope.li.

d ALEX.¶Diuidant̃.Quot ſunt ſpecies operarũ,adde late Bald.in l.liberti liberteque.C.de ope.lib.

e ALEX.¶Loquũtur.Que ſint opere officiales,per Bald.in l.liberti liberteque.C.de ope.liber.

f ALEX.¶Conſiſtant.Opere obſequiales in quo conſiſtant,vide per Bald.in l.liberti.C.de ope.lib.

g ALEX.¶Negotia gerendo.Et Bal.in l.liberti.dicit,q̄ ſi libert⁹ ibi ꝓcurat negotia patroni,ñ põt petere mercedẽ,⁊ videt̃ tenere,q̄ ſit obſequialis opera,⁊ vide tex.i l.officio.C.de ne.ge.

h ALEX.¶Heredẽ.Uide Barto.in l.ſi ſic.circa fi.la vltima.de verb.oblig.⁊ glo.⁊ Bal.in l.liberti liberteque.de ope.liber.

i ALEX.¶Nulla.Poteſt q̄s ſtipulari operas ſine adiectiõe loci,⁊ vide Bar.in d.§.ſi q̄s inſulã.ſed Bal.aliter loquit̃ in l.liberti.C.de ope.liber.¶Et tu adde ad Bar.hic,⁊ vide Maria.Soci.i c.dilecti.de for.cõp.vbi dt q̄d qñ ꝓmittit̃ factũ ſolo coherẽs,tũc vltra expreſſionẽ loci,reqrit̃ etiã q̄d exprimat̃ quãtitas altitudinis,lõgitudinis,⁊ latitudinis,ſec⁹ ſi ꝓmittat̃ factũ nõ coherẽs ſolo,⁊ allegat Bar.hic ita ipſe ibi in d.c.dilecti.ver.circa ſecundum.

k ALEX.¶Preconium.Adde Bald.in l.liberti.de ope.lib.

l ALEX.¶Solui poſſunt.Uide ĩ.⁊ Bald.in l.liberti.de ope.li.⁊ quid ſit dare operas certas,⁊ incertas,Uide Bal.in l.liberti.C.de ope.liber.

m ALEX.¶Faciũt ad q̄ſtionẽ.Sed Bar.⁊ Imo.in l.ij.in princ.ſol.mat.in q.an tenear facere q̄d tibi ꝓdeſt,⁊ mihi nõ nocet,videtur tenere ɔ̃riũ i ea cõbinatiõe,dũ alle.l.nec creditores.C.d̄ nou.videlicet,q̄d etiã ſcriptor nõ poſſit cogi ſcribere alij librũ.Item ad hoc q̄d no.in l.aquã.⁊ ibi Bal.C.de ſerui.Pau.de Caſ.in d.l.ij.in prin.dicit,q̄d regula l.j.C.de nou.fallit in debitore operarũ.Alle.iſtũ tex.in fi.⁊ idẽ dicit ipſe hic,niſi incõmodũ eſſet operas p̄ſtare debẽti,ꝑ d.l.ij.in prin.Et hoc placet,⁊ vide ꝑ Angelũ ⁊ Imo.in l.in ſtipulatiõib⁹.§.operarũ.de verb.obl.ꝑ Bal.in l.ij.C.de do.⁊ hic adde q̄ no.Bar.in l.ſi is q.§.fi.ĩ.de pig.vid̄ ſ̄.in ver.ſed differẽtia eſt.⁊ Bal.i l.j.ad fi.C.de ope.liberto.⁊ in l.liberti.eo.ti.⁊ dixi ſ̄.ꝑrim.Adde Alex.hic eadem dicere in d.l.in ſtipulationibus.

n ALEX.¶Operas alicuius.Si q̄s locat operas ſuas,an intelligat̃ q̄d debeat alimẽtari a cõducẽte?⁊ q̄d cõducẽs debet alimẽtare,tenet gl in l.quoniã.C.de teſt.ſed Bal.ibi tenet,q̄d nõ debẽtur alimẽta,niſi vniuerſalis cõſuetudo eſſet in ɔ̃riũ,⁊ ibi etiã gl.⁊ Bal.Quid ſi laborator meus rupit ſua ferramẽta in meo laborerio,q̄d nõ teneor ſatiſfacere.Et hic adde Bal.in l.liberti liberteq̃.C.de ope.liber.An autẽ vaſallus debeat ſeq dominum ſuis ſumptibus? vide Bal.in l.menia.§.j.de annuis le.Et an teneant̃ operarij portare ſua ferramẽta? vide Ang.⁊ Imol.in l.ſtipulatiões.cõmodiſſimũ.de ver.ob.⁊ Bal.in l.i.C.de ver.ſignifi.⁊ hic adde Bar.in l.ij.C.de neg.geſt.facit q̄d no.Bar.in l.vẽditores.ĩ.de verb.obl.¶Adde Alex.in d.l.ſtipulatiões Et ibi an officialis teneatur ſuis ſumptibus facere cõducere ſarcinulas aſſeſſoris.

o ALEX.¶No.duo generalia.Qualiter ⁊ quomodo opera trãſeant ad heredes.Uide Bar.in l.ſi ſic.de verb.obl.circa fi.gloſſ.Bar.⁊ late Bal.in l.liberti.C.de ope.liber.Et ibi an etiã tranſeat ad filium exheredatum? vide ſ̄.eod.§.i.

p ALEX.¶Licet ſtipulet̃.De his omnib⁹ vide late Bal.i c.j.§.hic quoq̃.de ſucce.feu.⁊ ꝑ Io.de Imo.in l.q̄d dicit̃.de verb.obl.

a **§.Si decem.**[a] Si ſoluatur pars vnius ex reb.alternatiue debitis an cõpetat liberatio

* vel detur repetitio,pendet ex futuro euentu.h.d.* No.q̄ in alternatiuis debitor poteſt variare circa ſolutionem rerũ alternatiue debitarũ.circa quod vide quod habetur in l.eum,qui certarum.§.fi.ĩ.de verb.obli.Iſte §.eſt ſumme notandus ad vnum,de quo ſemel vidi dubitari pone Titius tenebatur dare decem Seio,aut quinque caupulatas ſalis.Cõtigit,quod Titi⁹ Seio ſoluit quinque.Seius videns,quod reſiduum nolebat ſoluere dedit ɔ̃ Titium libellum ſuum,in quo petijt Titium condemnari ad dandum ⁊ ſoluendum quinque reſtantia de ſumma decem,aut quinq̃ caupulatas ſalis.In fine cauſe,cum ſententia petebat̃ ferri,Titius dixit,quod Seius erat condemnandus in expẽſis,ex eo,q̄ petierat plus re,quia cũ de decem,quinq̃ eſſent ſoluta,nõ debebat Seius petere illas q̄nq̃ caupulatas ſalis integre,ſ; debebat defalcari in petitione de illis q̄nq̃ caupulatis ſalis vſque ad ſummam de quinque,que erant ſoluta.Nũc erat dubium,an petendo quinque,vel quinque caupulatas ſalis dicatur actor plus petijſſe,vt per conſequens actor condemnetur in expenſis iuxta c.j.extra,de plus peti.Et certe multi Canoniſte erant in opinione,quod plus petebat.Contrarium tamen eſt verum,per iſtum §.quia ille decem debiti alternatiue,ſoluendo quinque,in illis non cõtingit liberatio,donec integra x.ſoluta ſint.Ratio,quia adhuc eſt in eius poteſtate illa quinque repetere ⁊ quinque caupulatas ſalis creditori ſoluere.Merito ergo creditor ſummam totã petere poteſt:licet alterius partis alternatiue vna pars ſit ſoluta:quia illa non videtur ſoluta ex eo,quia eã condicere poteſt,⁊ aliam partem ſoluere ſcilicet Stichum.Sicut ergo ſi quinque ſoluta non eſſent,ſi creditor peteret decẽ aut quinque caupulatas ſalis,non diceretur creditor plus petere.Ita nec hoc caſu petendo v.reſtantia de decem vel quinque caupulatas ſalis.Cũ ergo in poteſtate ſit debitoris q̄d ſoluat,vt patet ex hoc tex.non eſt ergo in poteſtate creditoris,quid petat,niſi illud totum,quod eſt in obligatione,videlicet vtrunque:q̄ licet de decẽ ſoluerit quinq̃,attamen adhuc ſunt in obligatione tota illa decem,licet non poſſunt peti,niſi quinque:quia illa quinque ſoluta,ſunt in pendenti,an repetantur.Nota ergo ex iſto §.quod debitor ſoluendo partem partis rei alternatiue debite,non propter hoc videtur ſibi eligere quod velit ſoluere reſiduum illius,cuius partem ſoluit.Uide textum ibi in pendenti habendum.Nota,nam obligationis effectus non impedit:cũ ex ea agi poſſit.l.ſi ſtipulatus.§.primo.infra de ſolutio.nec obligationis diſſolutio,ſeu liberatio pendet:ſed an ratione quinque ſolutorũ in futurũ videatur contigiſſe liberatio?

hoc dico pendere, ⁊ hoc dicit iſte textus, aperte Jac. Butr. ſummat ſic, debitor, qui tenet̃ ad duo alternatiue, ſoluēdo alterius rei partem non liberatur in parte, nec etiam ſolutū repetit, ſed maneat in ſuſpenſo donec reliquum, vel altera res debita integre exoluatur. Dic, quod inſpecta natura obligationis, id eſt, inſpecto eo quod eſt in obligatione non eſt liberatus, ſed inſpecto effectu eſt liberatus ab illis quinque, cū alterum ſit in obligatione. h.d. Ja. Bu. Nota ibi, ſic poſterior ſolutio, ⁊c. a fine de nominari rem ad hoc allegatur tex. iſte ꝓ quo. C. de indi. l. rē nō nouam. ⁊ l. j. C. q accuſ. non poſſ. Et ideo dicitur per iſtas leges ꝙ exitus facta ꝓbant. Nota ꝙ petendo quinque, vel Stichum totum, non dicitur plus repetere. ¶ Sed quid, ſi quelibet res alternatiue debita capiat diuiſionē? dic idem, ꝙ ſi petat quinqꝫ, vel aliam rem totam, licet capiat diuiſionem nō dicitur plus petere per rationem huius tex. quia hic non fuit cauſa illa, ſcilicet quia Stichꝰ erat indiuiſibilis. ſed illa, qꝛ debitor alternatiuus poteſt partem illam ſoluere de qua nihil ſoluit, ⁊ repetere partē illā, quā ſoluit de alia parte.* ¶ Opp. ⁊ videtur, quod pro parte ſoluta cōtingit liberatio. l. qui hominē. j̄. de acceptil. glo. hic, ⁊ in l. ꝯria dat multas ſolutiones, neutrā ponit verā. Iſta eſt veritas qꝺ ibi loquit̃ in acceptilatione, ꝑ quā pōt tolli pars obligationis, hic vero in ſolutione partis. Ratio differētie eſt, quia ſi ſolutio partis tolleret obligationē in parte, poſſet debitor poſtea ſoluēdo partē in Sticho cōſequi liberationē, ⁊ ſic cōtingeret ſolutionē in diuerſis rebus fieri, quod eſt abſurdū, vt j̄. pxi. §. ⁊ l. in executione. §. ꝓ parte. j̄. de ver. ob. Sed in acceptilatione nō pōt cōtingere iſtud abſurdū, vt apparet euidēter ſm Petr. vt dixi in l. ꝯria. ⁊ in l. ſi cum hominē. j̄. de ver. ob. ¶ Oppo. de l. ſi ſtipulatus. §. j. j̄. de ſolu. Sol. ibi erat certa ſpecies in obligatione nō alternatiue, ideo ſolutione partis cōtingit liberatio, qꝛ nō pōt deueniri ad illud abſurdū quod in alia re partē ſoluas. ¶ Opp. j̄. de verb. obl. in l. ij. §. j. ſolu. ibi loquitur in obligatione generis, vt ſi debeo hominē in genere, ſolutione vnius partis cōmunis nō cōtingit liberatio, ne deueniatur ad illud abſurdū ꝙ in alio homine alia pars ſoluat̃, vt in d. l. in executione. §. ꝓ parte. ¶ Opp. de l. pe. C. eodem. ti. Sol. fateor qꝺ vltimum reſponſum huius l. corrigitur hodie, nā ille cuius erat electio in ſoluēdo, habet electionē in repetendo. ¶ Quero dicitur hic

b eum qui ſoluerit eſſe in pendenti. quero [b] quid eſt dictum in pēdenti? Reſpōdeo, natiuitas cōdictionis inde eſt in pendenti, vt hic, ⁊ d. l. ij. §. j. j̄. de ver. ob. Itē exercitiū actiōis prime quo ad alia quinque ſoluta eſt in pēdēti. Nō eñ poſſum petere Stichū aut quinqꝫ de ſumma decē, licet enim in illis quinque ſolutis liberatio nō cōtingat, tñ nō poſſunt peti interim, ſed illa quinqꝫ que nō ſunt ſoluta poſſunt peti. Et tex. eſt hic, q videtur dicere ꝙ ſit in pendēti, vtrū poſſunt peti reliqua quinqꝫ, aut Stichꝰ diuiſim, intellige vtrū poſſint peti reliqua quinqꝫ, vel Stichus tantum. Alternatiue autē Stichū aut quinque ſine dubio petere poſſet, ſꝫ in obligatione generis hoc non cōtingeret, qꝛ ſi ſoluiſti medietatē in vno homine, cū deberes hominē in genere, ſtatim poſſum petere integrum hominem, vt in d. l. ſi ſtipulatus. de ſolu. Rationē horū, ⁊ qualiter predicta procedāt, ponit gl. licet obſcure, ⁊ Dy. in l. ij. §. j. j̄. de ver. ob. ibi plene dixi, ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si decem. Alleg. Bald. in no. queſtio. in l. j. in xiiij. queſtione. C. de his que pene nomine.

b ALEX. ¶ In pendēti. Et adde qꝺ in obligatione alternatiua, non tranſit dominium ante electionē. l. ſi in rem. la j. de rei vend. ⁊ ita alleg. Bal. in l. conuenticula. de epiſ. ⁊ cle.

§. Item ait. In obligatione alternatiua ſolutione partium in diuerſis rebꝰ liberatio cōtingit, licet ad plures heredes creditoris, vel promiſſoris ꝑtineat obligatio. h.d. ⁊c.

LEX XXVII.

1 ☞ Indebitum recipiens quaſi contrahit.
2 Forum ratione indebiti ſoluti in loco quaſi contrahitur, ⁊ vbi poſſit repeti.

Qui loco certo. Gl. itelligit iſtā l. vno modo, ⁊ Gul. alio modo ſcꝺm gl. breuiter hoc intēdit. Sicut ꝓmiſſum in certo loco pōt vbiqꝫ peti, ita ſolutū indebite certo loco non obſtāte errore ſoluētis. h.d.* Vide gl. in verb. quolibet. que incipit, idoneo tñ. Et eſt locus idoneus locus domicilij, vbi hꝫ maiorem partē fortunarū ſuarū reus. C. de iuriſ. om. iud. l. iuris ordinem. ⁊ C. vbi in rem actio. l. ſi. C. vbi ſena. vel cla. l. ij. in ſi. C. de incol. l. Ciues. in ſi. li. x. ⁊ j̄. de pact. l. Lucius. s̄. de iudi. l. heres abſens. j̄. de ver. obli. l. qui Rome. §. Callimachus. s̄. de iudicijs. l. eum qui. Et vide in Specu. de competen. iudic. adit §. primo. verſiculo xxij. * ¶ Quero quid vult dicere tex. ibi non enim exiſtimationem, ⁊c. Reſpond. quia ibi putabat ſe teneri, in vno loco in alijs nō putabat ſe teneri: ⁊ ideo quo ad loca alia non videbatur erratum, ⁊ ideo, in alijs locis non videbatur poſſe repetere, ſed iſtū errorē hec ſpecies repetitiōis nō ſequit̃. Ita intelligit gl. quaſi dicat nō ſolū in loco, in quo eſt erratū, pōt repeti, ſed vbiqꝫ, ſicut ille, q certo loco ꝓmiſit. l. j. ⁊ ij. j̄. de eo qꝺ certo loco. Guil. de Cug. dicit totū ecōtra, ⁊ ſecūdū hec lex breuiter hoc intēdit. In loco, in quo ſit ſolutio ꝑ errorē, nō ſortit̃ qs forū illius quaſi ꝯtus ratiōe. h.d. Tu ſcis qꝺ

1 † in indebito dicit̃ quaſi ꝯhi, [a] vt j̄. eo. l. ſi in area. ⁊ dicit̃ celebrari re iſte quaſi ꝯtus, vt inſtit. qb. mod. re ꝯ. ob. §. is quoqꝫ. Cotratiōe ꝯtꝰ vel quaſi ꝯhit̃ forū, vt s̄. de iu. l. heres abſens. ¶ Ite[...]

a te ſi ergo ſolui tibi ꝑ errorē in certo loco, ratiōe iſtius quaſi ꝯtus nō ꝯhit̃ forū, qꝛ error impedit ꝯtionē fori, ſed poterit repeti in quolibet alio loco, ſcꝺm Guil. vide literā. Pro iſto intellectu facit hec litera, non enim eſtimatiōe ſoluētis, ⁊c. vt l. ſi ꝑ errorē. s̄. de iuriſ. omn. iudi. ⁊ videt̃ caſus ſecūdū eū. C. vbi ⁊ apud

2 quē in integ. reſt. poſtu. l. j. ⁊ ij. Tene ergo † opinio. gl. ꝑ iſtū ter. q dicit, quolibet loco. ⁊ ſic nō videt̃ velle excludere, imo includere locū ſolutiōis. De hoc. C. vbi de ratiocinijs agi oportet. per totū. vbi ꝯhit̃ forū ex quaſi ꝯtu, in quo creditoris vllus cōſenſus interuenit, vt ſi ibi ſint geſta negotia adminiſtrata tutela, ⁊ ſimilia, nō obſtat l. ſi ꝑ errorē, qꝛ ibi errabat̃ in iudice vel iudicio hic in cauſa ſolutiōis. Nō obſtat l. ij. C. vbi ⁊ apud quē, vbi dicat qꝺ dꝫ adire iudicē domicilij, tamē non negat quin poſſit adiri iudex loci, vbi negotiū geſtū eſt. Vel aliter ibi loquitur de integrū reſtitutiōe q̃ ñ orit̃ ex negotio geſto, ſed dat̃ ꝑ officiū iudicis l. qꝺ ſi minor. ī ſi. ſupra de minori. Itē loquit̃ d ꝯdictiōe ob cauſam, q̃ orit̃ ex illo negotio geſto, nec orit̃ tēpore quo negotiū geſtū, ſed orit̃ ꝑpter cauſaꝫ nō ſequutā, ſed cōdictio indebiti oritur ſtatim. Prior tamē ſolutio melior forte eſt.* Ex iam dictis paret ſolutio q̃ſtionis, quā hic facit Guli. de Cugneo, q̃rit enim nunqd i loco, in quo ſoluit indebitū debitor, poſſit repetere? Et videt̃ ꝙ ſic. qꝛ cōdictio indebiti orit̃ ex quaſi ꝯtu. j̄. cōmo. l. ſi is q. §. ſi libero. in ſi. inſti. q. mo. re ꝯhit̃ obligatio. §. j. ⁊ de obli. q ex quaſi ꝯc. naſcun. §. itē ſi is. Sed ex quaſi ꝯtu qs ſortit̃ forum. s̄. de iudi. l. heres abſens. §. j. C. vbi de ratio. agi opor. l. j. ⁊ ij. ergo ⁊c. ita tenet Gul. de Cug. Credo ꝯriū ꝑ iam dicta. ꝓbo fortius. Eſtimatio ex cauſa erronea, nō debet dare forum. s̄. de iudi. l. ij. ⁊ l. ſi per errorem. de iuriſ. omn. iud. Itē, ꝙ eſſet ꝯrius approbando ſolutionem ratione fori, ⁊ reprobādo eā ratiōe repetitionis, quare eſt repellendus. l. j. C. de fur. j̄. de cōdi. ⁊ demon. Titie, ſi non nupſerit. Nec debet vnum factū ꝑ parte approbari, ⁊ ꝑ parte reprobari. s̄. ad exhib. l. Celſus. §. item Celſus. C. de offi. teſt. l. parentibus. Et de hoc eſt caſus in ratione. Quia in integrum reſtitutio reſcindit contractū: ⁊ ideo non petitur, vbi factus eſt contractus, ſed vbi habet domicilium ille, contra quē ſit reſtitutio. C. vbi, ⁊ apud quē in integ. reſtit. poſtu. l. ij. *

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Contrahi. Et an ex quaſi contractu, quis ſortiatur forum, hic vide late per Ang. ⁊ per Angel. in l. exigere. s̄. de iudi. ⁊ ibi quid in loco diſtractus per Bar. in l. de eo. s̄. de iudi.

LEX XXVIII.

Iudex. Tutus exceptione rei iudicate ſoluens non repetit. hoc dicit. ¶ Opp. de l. qui exceptionem. j̄. eo. Solu. hic ſpeciale in hac exceptione, que inducta eſt ad rigorem iuris conſeruandum, quod plene dicam in l. Julianus. j̄. eo. titu. ⁊c.

LEX XXIX.

1 ☞ Pupillus, prodigus, ⁊ furioſus indebite ſolutum repetūt, etiam vbi alius non repeteret.
Pecunia dicitur de rebus, que ſeruando, non poſſunt ſeruari.
2 Reſtitutio, eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.
4 Minor quando reſtituatur aduerſus naturalem obligationem.
5 Compenſatio naturalis debiti non admittitur contra repetentem. ⁊ num. 8.
6 Obligatio naturalis, ⁊ ciuilis ex teſtamento perfecto oritur ex imperfecto naturalis.
7 Teſtamentum ipſum eſt de iure gentium.
9 Medium concludendi quando minor repetit indebitum, ⁊ quando minor vel pupillus.
10 Pupillus, prodigus, furioſus, ⁊ minor quando repetant indebitum abſque reſtitione in integrum.

11 Pupillus non habet beneficium huius legis,niſi intra tempora,intra que poſſet reſtitui.
12 Condictio indebiti competit furioſo,⁊ prodigo,ſicut pupillo.

Interdum.[a] Iſta eſt ſubtilis lex pupill⁹,
prodigus,† ⁊ furioſus indebite
ſolutū repetunt, etiā vbi alius non repeteret.h.d.
¶ Opponitur a diuiſione. Aut pupillus ſoluit debitum,
⁊ non repetit,q̄ꝛ pecunia ſoluta eſt conſumpta.⁊ cedit in ſolutum.
l.non omnis.§.ſi pupillus.ſ.ſi cer.pet.⁊ l.quod ſi forte.
in fi.j.de ſolu. Aut ſoluit indebitum,⁊ tunc quilibet alius repeteret,
et ſic perſona non facit locum repetitioni. Solutio,dicit
gloſſ.tu arguis a partibus inſufficiēter enumeratis,ſcilicet aut
ſoluit debitum, aut ſoluit indebitum, ſed eſt quoddam tertiū,
ſcilicet quando ſoluitur indebitum ciuiliter,ſed debitum naturaliter,
quo caſu maioꝛ ſoluens per erroꝛem iuris non repetit,
minoꝛ ſeu pupillus ſic,et ſic perſona facit locum repetitioni, caſus
eſt hic. Uel intelligas in caſibus,in quibus maioꝛ non repetit,
quod intellige vt vidiſtis in l.eleganter.ſ.eo. ¶ Cōtra hoc
opponitur de l.finali.C.ſi aduer.ſolutio. vbi dicit,quod reſtituitur.
Sol.intellige hanc ſecundum illam,quod hic datur condictio
ſcilicet reſtitutione petita,⁊ ita pertranſit gloſ. Cōtra hoc
opponitur,ſi hoc eſſet verum,idem eſſet in quolibet minoꝛe, cui
ſubuenitur per reſtitutionem per titulum de minoꝛibus. Gloſ.
dicit,fateoꝛ,ſed hic loquitur in pupillo gratia exēpli,in hoc tamen
differt pupillus ab adulto,q̄ꝛ adultus curatoꝛem non habens
ſoluens pecuniam ſtatim transferre dominiū,nec expectatur
cōſumptio,quod non eſt in pupillo,vt hac lege. ¶ Not.iſtaʒ
3 glo.quia in hoc dicit verum,⁊ ſic† pecunia non dicitur eſſe in rebus
b que ſeruando ſeruari[b] poſſunt,tunc enim non poſſet alienare
adultus ſine decreto. Idem nota in l.j.§.fuit queſitum. infra
ad Trebel.⁊ ita gloſſ.intelligit quod hic conceditur condictio,
petita pꝛius reſtitutione in integrum. Cōtra hoc opponi.fortiter
Jacob.Butrig.illud reddit reſtitutio quod abſtulit leſio.ē
enim† reſtitutio,in pꝛiſtinum ſtatū repoſitio, vt ſupꝛa de min.
l.quod ſi minoꝛ.§ reſtitutio. Unde ſi minoꝛ eſt leſus in re, reſtituitur
in re,ſi in actione,reſtituitur in actione,l.q ꝓpꝛie.§.itē
queritur.ſ.de pꝛocura. Sed hic minoꝛ ſoluens fuit leſus in re,
quam ſoluit ergo per reſtitutionem in integrū rehabebit rem.
Male ergo dicit gloſſ.⁊ tex.qui dicunt,quod competit cōdictio
indebiti reſtitutione pꝛehabita. Nā ſi vult petere reſtitutioneʒ
ad condictionem indebiti,non poteſt, quia illam nunquam habuit,
nec in ea contingit leſio. Sed ſi reſtituitur ad id quod ſoluit
non eſt neceſſaria condictio. Huius timoꝛe dixit Jacob. Butr.
quod iſtud,quod hic dicitur in fine cōdictio locū habeat id eſt,
in integrum reſtitutio. Eſt enim condictio nomē generale ad omnē
repetitionē.⁊ ſic pertranſit. Durum tamen videtur mihi
quod iuriſconſultus in tractatu condictionis indebiti intellexit
de reſtitutione in integrū. Unde Jaco.de Are.[c] volēs euadere
iſtud contrarium,intelligit hanc legem in debito naturali
ſoluto,quod minoꝛ petit reſtitutionem aduerſus naturalē obligationem,
que per reſtitutionem totaliter tolletur,nam eo caſu,
quo contra obligationem ciuilem reſtitutio parit exceptioneʒ,
eo caſu naturalem obligationem in totum extinguit l.ſi eius.infra
ad Trebellianum.quia reſtitutione habita habebit locū condictio
4 indebiti. ¶ †Contra hoc opponitur contra naturalem
d obligationem[d] non datur reſtitutio. Ita no. Inſti.quibus modis
tol.obli.§.preterea.⁊ ſ.de pꝛocurato l.minoꝛ.in gl. magna
de arbitris.l.ſi pupill⁹.⁊ infra de verb.obli.l.puberes.⁊ in qualibet
earum notatur. Suſtinendo Jacob.de Are.dico,qd contra
naturalem obligationem non datur reſtitutio minoꝛi eo caſu,
quo per eam non leditur,ſed poteſt ſe tueri iure cōmuni nō
ſoluēdo. Ita loquuntur dicte gloſſ.argu.ſ.de mino.l. in cauſe.
ſed eo caſu quo per eam leditur,poteſt petere reſtitutionem,vt
puta,ſi eaʒ ſoluit ſecundum pꝛedictum intellectum,infra de fideiuſſo.
l.Marcellus.⁊ quod ibi no. Et hoc puto ſatis verum in ſe,
non tamen quantum ad intellectum noſtre legis. Nam gloſſ.intelligit
hic in legato ſoluto non deducta Falcidia,certe per illā
obligationem naturalem minoꝛ non leditur,nā quilibet maioꝛ ⁊
diligēs adiuiſſet hereditatem,⁊ ſic fuiſſet obligatus,vt ipſe idē
in obligatione naturali,qui habuit oꝛiginem de perſona maioris,
cui minoꝛ ſucceſſit. Iſta lectura ſolum pꝛocederet in obligatione
naturali contracta ſolum pꝛo minoꝛe,vnde nimis reſtringeret
legem iſtam,licet poſſet eſſe vera hoc caſu,nō tamen puto
quod aliquo caſu ſit neceſſe peti reſtitutionem,vt infra dicam.
e ¶ Secundo opponitur ſecūdum oꝛdinem gl.[e] ſi minoꝛ eſt obligatus
naturaliter,opponetur ſibi compenſatio,vt l.etiā. infra
5 de comp.dicit gl.† quod naturaliter debitum compenſetur, habet
locum in petente nō in repetente,vt no.in lege,cum is §.j.ſ.
eod.⁊ videbitis ibi,quod puto verum,vt ibi dicam,tamē Jac.
de Are,non ſtat in hoc,imo dicit,quod ſi intelligis in debito naturaliter
ſoluto,dico,quod fuit petita reſtitutio contra ipſam
naturalem obligationem,⁊ ſic fuit ſublata quod non placet,vt
vobis ſupꝛa dixi. Uel dic,dicit ipſe,quod hic loquitur de debito
tātū ciuiliter ſoluto. Pꝛo cuius euidentia debes ſcire, dicit
Jacob.de Are.quod ex teſtamento non oꝛitur obligatio naturalis
quātūcunqꝫ valido,ſed ſolum ciuilis,que habet effectuʒ exactionis,
quod apparet,quia depoꝛtatus,in quem non cadunt
ea que ſunt iuris ciuilis,ſed ea,que ſunt iuris gentium,non habet
teſtamenti factionem neque actiue,neque paſſiue. lege pꝛima
C.de heredi.inſti.⁊ l.eius,qui.infra de teſta. Si enim oꝛiret
obligatio naturalis,que eſt de iure gentium,dic vt videbis in l.
ſi nō ſoꝛtē.§.libertus.ſ.eo.ſed ſi teſtamentum eſt imperfectum,
tūc oꝛitur obligatio ciuilis,q̃ non habet effectum exactionis,
ideo puto quod reſecatur per Falcidiam dicit ipſe,⁊ ita intelligo
hic qd pupillus ſoluit tale indebitū,quod maioꝛ per erroꝛē
iuris ſolutū nō repeteret,ſed minoꝛ ſic,⁊ ſic perſona facit locū
repetitiōi,nec eſt neceſſe,quod petatur reſtitutio,nec obſtat exceptio
de compenſatione,cum non ſit debitum naturale. Ultramon.concoꝛdant
cum Jac.de Are.in hoc vltimo,quod ex teſtamento
imperfecto,vel in eo quod reſecatur per Falcidiam, nō
eſt obligatio naturalis,⁊ ſic intelligunt legem iſtam,⁊ ceſſant dicte
oppoſitiones. Certe opinio Jacob.de Are.⁊ vltramonū diſplicet
6 mihi † totaliter,nam ex teſtamento perfecto ſine dubio
oꝛitur ciuilis ⁊ naturalis obligatio,nam adita hereditate obligatur
heres ex quaſi cōtractu l.ex maleficijs.§.heres. ſupꝛa de
act.⁊ obli.q quaſi contractus habet conſenſum q parit naturalem.
Item ex teſtamento imperfecto oꝛitur naturalis,vt plene
pꝛobaui ſupꝛa eodeʒ lege pꝛima. Idem in eo quod defalcatur ꝑ
falcidiam,non obſtat quod dicit Jaco.de Are.de reſtitutione ,
imo per illud arguo contra militi remiſſa eſt iuris ciuilis ſolennitas,
lege pꝛima.§.cum in notitiam.de teſtament.mili.⁊ ex hoc
ſequitur quod miles poteſt inſtituere depoꝛtatum,vt lege,nec
enim.§.depoꝛtari.infra de teſtamento milit.ergo apparet,q de
iure gentium depoꝛtatus eſt capax hereditatis ex teſtamento:
licet enim teſtamentum cum adiectione iſtarum ſolennitatum
dicat iuris ciuilis.lege tertia,infra de teſtamentis. tamē ipſum
7 †teſtamentum de ſe ſimpliciter eſt de iure gentium.[f] Nā eo ipſo
f quod gentes eſſe ceperūt,diſponebant de bonis ſuis poſt moꝛtem,
vt legitur in veteri teſtamento de antiquis patribus. Tenendo
8 ergo lectur.gl.eſſet verioꝛ ſolutio eius quod † compenſatio
debiti naturalis habet locum in petente,non in repetente.
ſ.l.cum is.§.j. ¶ Tertio opp.ſecundū oꝛdinē gl.de l.ſi eius.§.j.
j.ad Trebellianum. Solutio. Per illam legem dicebat Placētinus,
qd pupillus repetit ſine reſtitutiōe,ſed gloſſ.illam legeʒ
retoꝛquet contra eum,vt habes in ea,qualiter tamen illa lex debet
intelligi infra dicaʒ. ¶ Quarto opponit.ſecundum oꝛdinē
glo.in furioſo,⁊ pꝛodigo,non poteſt reconciliari indebitum conſumptione
ſequuta,quia non poteſt cum his videre negotium
eſſe geſtū vel Jctū,vt l.ſi a furioſo.⁊ ibi no.ſupꝛa,ſi certum petatur.
Solutio,dicit gl.concedo oppoſitum ,quod non repetit
condictione indebiti,ſed ſine cauſa:⁊ ſic aliter intelligitur condictio
in pupillo,aliter in furioſo ⁊ pꝛodigo,dicit gloſſ. argumento
9 in l.negotijs.infra de regulis iuris. ¶ † Uidiſtis ergo opp.
noſtroꝛum doctoꝛum,qualiter pꝛocedant,mihi autem videtur,
q iſte infraſcriptiōes non ſunt neceſſarie,ſed caſus iſtius legis
poſſeſſionẽ,nec poteſt opponi exceptio dominĳ,⁊ ex illa lege tenetur
49 ciuiliter,vbi patria poteſtas nõ eſſet. Item † teneretur
naturaliter ex illo p̃cepto iuris gentiũ,vt maioꝛibus paream⁹
ſecũdũ ea q̃ ſupra tetigi.⁊ dixi plene in l.Iulianus.ĩ.eo.ſed ſub
eſt alia naturalis equitas,que eſt,quod filius non repoſcat illud,
quod patris eſt,que obligat filiũ naturaliter ad nõ petendũ,
q̃ eſt foꝛtioꝛ equitate precedẽti.l.bona fides.ĩ.depoſi.⁊ ideo
dico patrem non teneri naturaliter nec ciuiliter in effectu. Tertio
eſt vidẽdũ de obligatiõe ſecundaria que contrahitur ratiõe
moꝛe delicti,vel culpe commiſſe in rebus cõmodatis,vel depoſitis.
Et in iſtis eo caſu,⁊ eo modo,quo pater obligat̃ ex iſto contractu
obligatione primeua eo caſu,⁊ eo modo,quo pater obligatur
obligatione ſecũdaria. Si vero ibi cõmodatur vel dat̃ in
depoſitũ a patre tũc fili⁹ tenet̃ naturaliter,⁊ patre moꝛtuo deducet̃
de peculio ſi habet,alias ſecus,vt ĩ.de pec.leg.l.Stichus.

50 **Tertio** quero,† quid de cõtractu emptionis,⁊ vẽditionis.[h]
h Reſpon.ſi quidẽ pater emit a filio rem caſtrenſis,
vel quaſi caſtrẽſis peculĳ vel aduẽtitĳ,cuius pater nõ
habet vſumfructum ſine dubio ꝓcedit emptio,ſicut in quolibet
extraneo,⁊ ex eadẽ cauſa filius videtur habere p̃tiũ,ex qua habebat
rẽ quã vendidit,vt l.j.in fi.cum ſeq.ĩ.de contrahen. emp.
Si vero ad ipſum patrẽ pertinebat vſuſfructus,tunc videtur
ꝙ ipſe nõ poſſit emere a filio quoniã ipſe eſt legitimus adminiſtratoꝛ
illoꝛũ bonoꝛũ,⁊ ſic ſe authoꝛe.emere nõ poterit,vt ĩ.de
auth.tuto.l.j.⁊ ibi no.⁊ foꝛte nõ cõtrahitur obligatio etiã naturalis,
ſicut dicimus in pupillo cõtrahente cum tutoꝛe,vt l.pupillus.
de auth.tut. Et predicta intelligo,niſi palam ⁊ bonafide
51 emeret,vt C.de cõtrah.emp.l.cũ ipſe. Intelligo autẽ palã † ⁊ bonafide
fieri,vt ceſſet omnis ſuſpicio 'quando fieret preſentibus
conſanguineis vel amicis.C.de tranſac.l.tranſactionez.vel preſente
* iudice.l.ſi.in prin.s.quod met.cau.* Et p̃dicta ſunt vtilia
maxime quãdo pater habet filiã habentẽ aduentitiũ peculium,
quaz vult dotare in pecunia ⁊ ab ea emere dictas res aduentitias.
Si vero emeret pater a filio rẽ peculĳ profectitĳ,tũc reſpectu
creditoꝛũ peculĳ diceret̃ ꝯhi obligatio naturalis. Reſpectu
vero ipſius filĳ ita demũ ꝯheretur obligatio naturalis,ſi eſſet
tale peculium profectitium,qđ inſpectis principĳs iuris gẽtium
nõ q̃reret̃ patri:alias ſecus:qꝛ rei ſue non cõſiſtit emptio,
vt l.ſue rei.ĩ.de cõtrah.emp.⁊ ibi tex.hoc exprimit duz dicit,nulla
obligatio,⁊ ſic nec ciuilis,nec naturalis. Probatur etiam ex
his que dicta ſunt ſupra. Idem quando emeret rem propriam,
que non eſſet peculĳ,ciuilis autem obligatio non cõtrahitur d.
l.j.in fi.ĩ.de contrah.emp.⁊ hac l. Si vero filius emit a patre rez
ipſius patris,hic eſt aduertendum de qua pecunia ſoluitur pretium.
Et ſi quidẽ ſoluatur de pecunia filĳ caſtrẽſis,vel quaſi caſtrenſis
peculĳ vel aduẽtitĳ,cuius pater nõ habet vſumfructuz
conſtat quod valet emptio.l.j.in fi.de contrah.emp. Si vero ſoluitur
de pecunia aduentitia,cuius pater habet vſumfructum,
vel de pecunia peculĳ profectitĳ,que inſpecto iure gentium patri
i nõ q̃reret̃,tunc ꝯhitur obligatio naturalis:[i] quia ſolum ius
ciuile eſt impedimento,vt hac lege,non ciuilis obligatio d.l.j.in
fin de contrah.emp.⁊ hic. Si vero ſoluitur de pecunia propria
ipſius patris,ſeu peculĳ profectitĳ qui ad patrẽ ſpectaret etiã
de iure gentium', tunc reſpectu ipſius filĳ ⁊ patris non contrahitur
obligatio etiã naturalis,vt ĩ.de in diem addic.l. ſi venditoꝛ.
§.ſi pupillus.ver.aliter atq́z.vbi dicitur quod ꝑ emptionem
factã a pupillo receditur a prioꝛi emptione,quia pupillus
obligatur ſaltem naturaliter. Sec⁹,ſi emat filius vel ſeruus ꝓprius,
quia illa emptio eſt nulla. Et ſic patet,quod nec obligatio
naturalis tenet nec aliquis contractus contrahitur. Poſſes
tu dicere,imo debemus dicere obligationẽ naturalẽ eſſe contractam
ab ipſo initio,antequam perueniatur ad ſolutionem,⁊
ſolutione poſtea ſequuta nullam eſſe, cum ſoluerit nummos
ipſius accipientis. Ad hoc reſpõdetur,ꝙ iſtud ꝓcederet in homine
ſui iuris,ſecus in homine poſito in poteſtate alterius,tũc
enim ab ipſo initio totus contractus eſt in pendenti,⁊ futura ſolutio
declarabit quid ſit de cõtractu.l.ſed ⁊ ſi quis.§.j.s.de vſufru.
52 ⁊ l.ſi ſeruus cõmunis meus.§.ſi.ĩ.de ſtip.ſeruo. Sed qđ,† ſi
vnus frater emit ab altero. Reſpondeo,conſiderandum eſt,que
res vendit̃,⁊ q̃ pecunia ſoluitur,⁊ tunc apparebit ex p̃dictis qđ
53 iuris ſit. In re autem † peculĳ aduentitĳ an pater poſſit eſſe tutoꝛ
vni filio vendenti vel donanti alteri tangitur ĩ.de auth.preſtand.
l.j.in fin.⁊ in l.puberem.§.j.ĩ.de falſis.⁊ ibi vide quod circa
hoc dixi.

54 **Quarto** quero † de contractu locatiõis ⁊ cõductiõis.
Circa quod dic quando res locantur ⁊ conducuntur,
eſt idem quod in emptione ⁊ venditione,quia eiſdem regulis
procedunt,vt l.ſecunda.infra locati. Si vero loquimur de
locatione operarum, tunc ſi quidem filius locaret operas
patri debitas, non valeret: videtur enim locatio rei ſue.

Sed ſi filius locaret operas ſuas patri non debitas, tũc vale-
ret locatio, ⁊ pecunia mercedis efficeret aduẽtitia. Illud enim,
quod filius querit laboribus ſuis, eſt aduẽtitiũ. l. cum oportet.
in prin. alle. §. j. C. de bonis que lib. Si vero pater locaret ope-
ras ſuas filio, eſt videndũ, vtrum illarum operarum effect⁹ ac-
quiratur ipſi filio, ita quod ad patrem non tranſeat, ſecundum
quod no. in l. quod dicitur. ff. de verb. obli. ⁊ tũc filius obligatur
patri ſaltẽ naturaliter, ⁊ ſoluẽdo pecuniã patris, nõ liberaret.
Sed ſi effectus illarũ operarum reuerteretur ad patrem, vt pu-
ta, ſi operaretur in aliqua re, que per filium queritur patri, tũc
eſſet idem quod in emptione ⁊ venditione ⁊ in locatione rerum,
vt ſ. dictum eſt.

55 **Quinto** †quero quid de contractu mandati? Reſpon-
deo, ſi quidem mandatum non egreditur [k] per-
k ſonas patris, ⁊ filij, tũc eſt idem quod in alijs cõtractibus dictũ
eſt, quia conſiderandũ eſt, circa quam rem conſiſtat mãdatũ. Si
vero perſonas eorũ egreditur, verbi gratia, pater mãdauit fi-
lio vt promitteret Titio creditori ſuo, ⁊ filius promiſit, certe ex
hoc mãdato filius eſt obligatus Titio. Et per hoc puto, ꝙ an-
tequã filius ſoluat, ſi vellet agere contra patrem, quod eũ faceret li-
berari in caſu quo poſſet hoc facere extraneus, ar. l. Lucius. in
fi. ff. mãdati, ⁊ l. ſi pro ea. C. mãdati. tunc puto quod haberet ius agẽ-
di ſicut quilibet extraneus, quod apparet, quia iſta obligatio, qua
filius obligatus eſt Titio, coheret mere perſone ipſius filij, ⁊ ip-
ſe filius condemnatus poneretur in carcerem vel cederet bonis
l. pe. C. qui bo. ced. poſ. qui carcer † eſt quedam ſpecies ſeruitu-
tis. ff. de lib. ho. exhi. l. ij. vnde quodãmodo eſt cauſa ſtatus, que
l põt eſſe inter patrẽ ⁊ filiũ, [l] vt no. in l. lis nulla. ſ. de iud. Pre-
terea hic ceſſat cauſa ſeu ratio quã ſupra dixi q̃ impedit patrem
obligari filio ciuiliter. Nam ſi filius haberet extraneũ obliga-
tũ ad hoc vt ipſum filium faceret liberari, iſtud ius non quere-
ret patri, quia coheret mere perſone ipſius filij, vt not. in dicta l.
quod dicitur, ergo filius hoc caſu patrem poteſt habere obliga-
m tum, patet hoc, ex eo quod ſtatim dicam. Si vero [m] filius ſoluit
viuo patre eſt conſiderandum de qua pecunia ſoluit, ⁊ ex hoc
ſciemus vtrum poſſit repetere vel nõ, vt l. ſi filius, ⁊ quod ibi no.
C. de neg. geſt. ⁊ l. heredes. §. ſi fili⁹. ſupra familie erciſcũde. Si
vero filius ſoluit patre iam mortuo, hoc debet a coherede per-
cipere, vt ſupra familie erciſcunde. l. ſi filia. §. j. ⁊ d. l. heredes. §.
ſi filius. Ex hoc apparet, quod viuo patre, erat debitũ ciuiliter
⁊ naturaliter, quia ſi eſſet debitum naturaliter tantum inter cohe-
redes, huius debiti non fieret perceptio. l. Meuius. cum l. ſeq.
ſupra familie erciſcunde. ⁊ l. j. §. id quod natura. infra ad legem
Falcidiã. vt ſupra tetigi. Si vero filius mãdaret patri, tũc dic
vt colligitur ex his que dixi in l. Stich⁹ habet, infra, de pecu. leg.

57 **Sexto** †quero quid de contractu donationis, an cõſi-
n ſtat inter patrem ⁊ filium. [n] Dic, ſi quidem pa-
ter donat filio propter merita precedentia talia, propter q̃ cui-
libet extraneo ad idem teneretur, tunc valet donatio, ⁊ res do-
nata efficitur peculij aduentitij. Videtur enim filius queſiuiſſe
ex operis ⁊ laboribus ſuis, ⁊ ſic eſt aduentitium. l. cum oportet.
§. j. C. de bonis q̃ libe. Ita debet intelligi qđ no. C. de inofficio te-
ſta. aut. vnde ſi parẽs. nec ſufficeret dicere in inſtrumento quod
hoc fecerit propter merita, niſi merita probarentur. l. ſi forte. in-
fra de caſtren. pecul. ⁊ l. ſi donatione. C. de collat. Si vero donat
ſimpliciter, meritis non precedentibus, tunc nõ valet donatio,
niſi morte confirmetur. l. ſecunda. C. de inoffi. donat. ⁊ l. donatio-
nes. C. de donat. inter virum ⁊ vxorem. Fallit in dote, ⁊ in alijs
caſibus, qui no. in dicta l. ij. C. de inofficio. dona. ⁊ quando remit-
tit filio vſumfructum in bonis aduentitijs, dicta l. cum oportet.
§. ſin autem. ⁊ predicta vera quod donatio non valet quantũ ad
o ciuilem obligationem. Ratio, quia illud [o] quod donat ſimplici-
ter eſt profectitiũ, ⁊ ſi quereretur filio, reuerteretur ad patrẽ.
Obligationem autem naturalem puto conſiſtere per hanc legẽ,
ſolum enim ius ciuile eſt impedimento. Si vero filius donat pa-
tri, ſi quidem donat obligando ſe ad aliquid in genere, valet do-
natio quo ad obligationem naturalem, ⁊ ideo ſi filius promitte-
ret creditori patris animo donandi, ipſi patri ſoluens non re-
peteret. tex. eſt infra de in rem verſo. l. ſi pro patre. in princi. ibi,
niſi donare, ⁊c. Ciuiliter autem filius non eſt obligatus per ea, q
p ſupra dixi. Si vero [p] donaret aliquam rem in ſpecie, tunc eſſet
aduertendum, que eſt illa res, que donatur, vtrum eſſet peculij
caſtrenſis, vel quaſi, vel aduentitij, vel profectitij peculij, ⁊ ſi ad-
uentitij, vtrum pater in his fuerit legitimus adminiſtrator, vel
non, ⁊ ſic an poterit eſſe author in re ſua, vel non, ⁊ per ea que di-
cta ſunt in alijs contractibus, ⁊ que nota. in l. j. de authorit. pre-
ſtan. In caſu tamen indiſtincte valet donatio facta per filium
patri, vt puta quãdo actio de dote eſt communis patris, ⁊ filie,
⁊ filia conſenſit patri ſtipulãti ſuo nomine tantũ, vt l. ij. §. quod
ſi in patris. ſoluto matrimonio. ⁊ eodem titu. l. quoties. ⁊ quod
* plene notat. in l. poſt dotem. eod. titu. [Quero ergo hic latius,
an donatio facta a patre in filium valeat. Et videtur ꝙ ſic, quia
hodie filiuſfamilias poteſt habere bona, vt C. de bo. que libe. l. cum
oportet §. j. ⁊ ſic ceſſat ratio, que olim impediebat donationẽ a
patre in filium: quia totum patri acquirebatur. l. placet. ff. de ac-
qui. hered. Item quia querela inofficioſe donationis datur ad
reuocandam donationem factam filio, nec diſtinguitur, vtrum
ſit in poteſtate, vel non, in auth. de immenſ. donat. circa prin. er-
go tenuit ab initio, preſertim quia querela inofficioſe donationis
eſt ſubſidiaria, vt C. de inoffic. dona. l. ſi filius tuus. Cum igitur
habeat locum querela, ergo non vendicatio, que haberet locum
ſi fuiſſet nulla. Sed dic contra per ea, que dixi, pro quo facit §.
item inutilis. Inſti de inuti. ſtipu. Quia donatio iure iſto anti-
quo fiebat per ſtipulationem, que inter patrem ⁊ filium non va-
let. vt d. §. item inutilis. Ratio eſt, quia filius ſtipulãdo a patre
patri acquirit. vt inſti. de inuti. ſtip. §. ei, qui. Et ſic in ipſum nõ
tranſiret. Item familie erciſcunde iudicium nõ habet locum, ni-
ſi pro illis rebus, que fuerunt in bonis defuncti tempore mor-
tis. ſupra familie erciſcund. l. ij. ⁊ l. qui erat heres. Sed conſtat,
ꝙ iudiciũ familie erciſcunde habet locum pro rebus donatis fi-
lio. C. de inoffic. dona. l. ij. ergo ille res remanſerunt in bonis pa-
tris. ⁊ ſic tenuit donatio. pro hoc. C. de donat. l. ſiue mãcipatis.
Item nota, ꝙ donata debent conferri alijs fratribus. C. de col-
lat. l. ſi donatione. ꝙ non fieret, ſi donatio a principio te
vnde talis donatio cenſenda eſt iuris peculij profectitij. C. fa
erciſcun. l. certum. Quecunq; enim a patre procedunt in filium
in poteſtate conſtitutum, habent naturam peculij profectitij. ff.
de iure dot. l. profectitia dos. Conſtat autem, ꝙ iſta communi-
cantur, ⁊ remanẽt iure iſto, ⁊ etiam hodie in bonis patris. d. l.
certum. ⁊ l. cum oportet. §. j. C. de bo. que libe. ergo, ⁊c. Fallit in
dote, ⁊ in alijs caſibus, que no. in d. l. ij. C. de inoffic. donatio. Et
quando remittit filio vſumfructum in bonis aduentitijs. l. cum
oportet. §. ſin autem. C. de bo. que libe. Item fallit quando pa-
ter filio conferendo in ſupremum iudicium. C. familie erciſ.
filie. Et predicta vera, quando donatio non valet, quantum ad
ciuilem obligationem. Ratio, quia illud, quod datur ſimplici-
ter eſt profectitiũ: ⁊ ſi quereretur filio, reuerteretur ad patrẽ.
Obligationem autem naturalem puto conſiſtere per hanc legẽ.
Solum enim ius ciuile eſt impedimento. Si vero filius do
patri, ſi quidem donat obligando ſe ad aliquid in genere, va
donatio quo ad obligationem naturalẽ, ⁊ ideo, ſi eſt filius, ⁊ p
mitteret filio creditoris, alias creditori patris animo dona
ſolutum non poſſet repetere. tex. eſt ff. de in rem verſo. l. ſi pro pa-
tre. §. j. ibi, niſi ſi donare patri. ⁊c. Ciuiliter autem filius non eſt
obligatus per ea que ſupra dixi. Si vero donaret aliquam rem
in ſpecie, tunc eſſet aduertendum, que eſt illa res, que donatur,
vtrum ſit peculij caſtrenſis, vel quaſi, aduentitij, vel profectitij.
Et ſi aduẽtitij vtrum pater fuerit in ijs legitimus adminiſtra-
tor, vel non, ⁊ ſic, an potuerit eſſe author in re ſua, vel nõ: per ea,
que dicta ſunt ſ. in alijs contractibus, ⁊ que nota. in l. j. ff. de au-
tho. ⁊ cõſen. tut. In caſu tamen indiſtincte valet donatio per fi-
lium facta patri, vt puta quando actio de dote eſt cõmunis pa-
tri, ⁊ filie, ⁊ filia conſenſit patri ſtipulanti ſuo nomine tantũ. vt
l. ij. §. ꝙ ſi in patris. ff. ſolu. matrim. ⁊ l. quoties. eod. titu. Et ple-
* ne no. in l. poſt dotem datam. eod. ti. *

Vltimo querit hic Gulielmus, quando pater rede-
mit filiũ captũ, vtrũ hoc ipſi filio a coherede
q patris imputetur [q] in portionem ſuam, quod examina plene vt
dixi in l. Stichus, de pecu. lega.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Frater a fratre, Vide caſum huius legis cum ma-
teria per Bal. in l. fi. C. quod cũ eo. Et vtrum hec lex in princi-
pio intelligatur in caſibus, in quibus ſenatuſconſultum Mace-
donianum locũ nõ habet de quibus in l. Zenodorus. ⁊ in l. mace-
doniani. C. ad Macedo. Bald. hic videtur velle quod ſic, videli-
cet in illis tantum, non in alijs. Cogita, cum etiam in alijs caſi-
bus naturaliter ſemper obligetur. l. quia naturaliter. infra ad
Macedo. ⁊ no. in l. prima. eod. ti. ⁊ vide Bald. in l. fin. C. quod cũ
eo. col. v.

b ALEX. ¶ Pecuniã. Et ſic ad hoc vt dicatur peculium, requi-
ritur conceſſio, adde l. peculium. in princi. ff. de pecu. ⁊ l. filium ſe-
cundum lecturam antiquorum. C. familie erciſcunde. ⁊ no. in l. fi.
ff. de pecu. leg ſecundum Bal. hic.

c ALEX. ¶ Profectitij. Ad hoc facit l. ſi abſentis. C. ſi cer. peta.

d ALEX. ¶ Credendi. Vide Bald. in l. fin. C. quod cum eo. in ver-
ſiculo, modo veniamus.

e ALEX. ¶ Et filius. Pater ⁊ filius ſunt tanquam duo rei cre-
dendi, Bal. hic quod non, ſicut in patre ⁊ filia in actione de dote,
iuxta no. in l. ij. ff. ſolu. matrimo.

f ALEX. ¶ Iſtam partem gl. An illud quod vnus ex reis credēdi, porrigit teneatur alij communicare, vide que no. Bar. in l. ſi vnus in prin. s̃. de pac.

g ALEX. ¶ Remaneat. Vide Bal. in l. fi. C. quod cum eo. in verſi. ſed contra hoc.

h POMA. ¶ Que eſt ratio. Et vide Alex. conſi. viij. volu. ij. vbi ſequitur hoc, quod oriatur naturalis, ⁊ conſi. ij. vol. iij. ⁊ Soc. cōſil. iiij. ⁊ ibi tenet, nō valere diuiſionē factā inter patrem ⁊ filios in poteſtate.

i ALEX. ¶ Et filium. Quare inter partem, ⁊ filium nō cōſiſtit ciuilis obligatio ſed naturalis ſic, vide Bald. in l. fin. C. quod cuꝫ eo. in verſi. tertio premittendum.

k ¶ Concludit. Quare Ciuilis contra patrem filio non datur. Cogita, quia per iſtas rationes non deberet etiam acquiri filio obligatio naturalis contra patrem, quod eſt contra iſtum tex. in §. queſitū. Unde videtur tenenda prima ⁊ ſecunda ratio s̃. relata. Sed aduerte, quod Bart. ſoluendo arg. quod fecit in l. ſi quis pro eo. §. j. de fideiuſ. dicit ſecundum Dy. quod iſta regula non habet locum in obligatione naturali.

l POMA. ¶ Que autē. Ex iſta doctrina Bart. habes inferre, qꝺ quemadmodum inter patrem, ⁊ filiū non conſiſtit donatio, qꝺ etiam nō conſiſtit inter fratres in eiuſdē patris poteſtate conſtitutos: quia non poſſet donare, niſi patris bona, ⁊ hoc procederet, etiā ſi filius haberet bonorum adminiſtrationeꝫ, quia in generali adminiſtratione, non venit vt quis donet. l. filiuſfamilias. j̃. de donat. hoc tamen limita ſecundum Ioan. Andr. in addit. Spe. in tit. de inſtrum. edi. §. porro. verſi. quid ſi filiuſfa. niſi frater donet alteri fratri de cōſenſu patris, quia tunc valeret, de quo cogita, quia tūc fortiter obſtat regula, que traditur ꝑ gl. in l. fin. in verbo, accommodauerit. C. de pact. ⁊ per Barto. ⁊ Bal. in l. ij. C. ſi aduer. dona. ⁊ Bar. in l. ſi fundus. j̃. de pign. qꝺ qui ipſum actum facere non poteſt, alij facienti non poteſt aſſentire, ſed pater non poteſt filio in poteſtate donare. l. donatiōes, quas parentes. C. de donat. inter vi. ⁊ vxo. ergo etiam non poterit aſſentire filio, fratri donanti. Preterea clarum eſt, quod fieret fraus legi de perſona ad perſonam. l. contra legem. s̃. de legi. ⁊ contra l. non dubium. C. eod. tit. Ad hoc preterea vide Ol. conſi. xxvj. incip. pater cōſenſit filio. Are. l. placet. j̃. de acqui. hered. Alex. conſi. x. vol. iij.

m ALEX. ¶ Ciuilis. Dicit tamen not. Bal. l. cum oportet. §. nō autem. ad fi. C. de bo. que lib. qꝺ ſi pater aſſignauit legitimā duobus filijs in vita, poterunt ipſi adinuicem cōtrahere, ⁊ orietur obligatio ciuilis, ⁊ naturalis ſicut in dote data, ſecus, ſi ſimpliciter eſſet facta conceſſio in peculio.

n POMA. ¶ Nunc intro. Not. quod licet quis numeret pecuniaꝫ ſuam nomine alieno, quod tamen per hoc nō videtur donare ei cuius nomine numerat? Et ita no. Pau. de Caſt. in l. certi condictio. §. ſi nummos. s̃. ibi doc. ⁊ ſi cer. pet. ⁊ not. quod, Bar. loquitur hic in patre, ⁊ filio, ⁊ ſic in perſonis apprime cōiūctis: quod no. ad limitationem l. que dotis. ⁊ que ibi traduntur. j̃. ſol. mat.

o ALEX. ¶ Acquiratur. Vide Bal. in l. fin. C. qꝺ cum eo. in ꝟſi. opponi. vlterius

p ALEX. ¶ Ratum habentē. Sed imo indiſtincte videtur dicendū, quod habeat locum etiā iſto caſu cōdictio indebiti, quia, iſta exceptio cōpenſationis, nō poteſt obijci repetēti iſto caſu iuxta not. in l. cum is. §. j. s̃. eod. ⁊ videtur hoc ſentire Bal.

q ALEX. ¶ Impediat. Videtur quod etiam quando habet locum Senatuſconſultum, tamen habeat locum diſpoſitio huius l. ⁊ quod ſolutum non repetatur, per tex. in l. ſed ⁊ ſi pater. §. fin. cū l. ſeq. j̃. ad Maced. ⁊ quod no. gl. in l. j. j̃. in verſi. petitio. eo. ti. ⁊ l. qui exceptionem. in prin. j̃. eo. vbi ſolutū filio tuto beneficio Senatuſconſulti, repetitur, quanquam Bal. hic tranſeat cum ſententia Bar. hic prox.

r POMA. ¶ Declaratione quero. An inter patrem ⁊ filium in aduentitio conſiſtat obligatio ciuilis, vide Soc. in cōſi. clxij.

s ALEX. ¶ Ciuilis obligatio. Cum Bar. tranſit hic Bald. ⁊ idem Iac. de Bel. in diſpu. quam ponit in l. ij. C. de inoff. do. lꝫ hic nihil firmet, ⁊ vide que dixi poſt Bar. in d. l. iubemꝰ. cum cōcor. ⁊ ibi per Bal. ⁊ i §. j. vbi querit ꝗ contractus fieri poſſint inter patrē ⁊ filiū, ⁊ quid in profectitijs, an valeat ceſſio facta filio cōtra patrem, ⁊ quod in aduentitijs cōtrahitur etiā alias tenet Bal. in l. cum oportet. §. non autem. in fi. C. de bon. que lib. adde qꝺ obligatio legalis bene cadit inter patrem ⁊ filiuꝫ. l. ſi quis prioris. §. in illo. ⁊ ibi Bal. C. de ſecun. nup.

t ALEX. ¶ Regula. vide Bar. in l. ſi quis pro eo. §. j. de fideiuſſ.

v ALEX. ¶ Concludunt. Adde Bar. j̃. in j. q. de contractu mutui.

x ALEX. ¶ Naturali. Vide s̃. ⁊ per Bar. in l. fi. v. q. de duo. reis.

y ALEX. ¶ In perſonam. vide Inſti. de act. §. actiōes autē. de peculio. vbi pleniſſime de omnibꝰ iſtis articulis quaſi infra poſitis. Et de hoc vide ꝑ Petr. ⁊ Bal. in l. penult. C. qꝺ cuꝫ eo. ⁊ ibi per Cy. de forma libelli in actione de peculio. ⁊ vide Bal. in l. fin. C. quod cum eo.

z ALEX. ¶ Perſonalis. Et vnde oriatur hec actio, et an dicatur nomen actionis, vide Bal. in l. fi. in vlti. col. C. quod cum eo.

a ALEX. ¶ Iure gentiū. Iſtud intellige vt hic, per Bar. j̃. ea. l.

b POMA. ¶ Venio ad gloſ. Not. ex verbis Bar. quod eo ipſo qꝺ filius recipit debitū patri etiā naturaliter, videtur adire hereditatem, quod not. quia inter coniecturas quas ponit Bar. in l. gerit. j̃. de acqui. here. ex quibus preſumitur idem adire hereditatem, non ponit, quando recipit ſolutionem pecunie debite naturaliter defuncto, que tamen eſt leuior ceteris coniecturis ibi per eum poſitis. Sed quia Bart. fundat ſe ſuper l. pro herede. §. Papinianus. que parum facit, quia vt ibi perſpici poteſt, eſt longe diuerſa ratio a terminis noſtris, ideo volo eius opinionē aliquo modo firmare. Unde premitto idem eſſe econtra, quādo filius ſoluit debitum patris, vel heres teſtatoris, text. l. ij. et ibi Bar. C. de iure delib. tūc ſic arguēdo a fortiori, omiſſo argumento a correlatiuis, ſi inducitur aditio hereditatis qū quis ſoluit debitum defuncti, ⁊ tamē quilibet poteſt pro debitore ſoluere, ⁊ eum liberare, etiā ſi nolit. l. ſoluēdo. s̃. de neg. geſt. ⁊ ſic videtur, quod ſit actus, qui poſſit fieri a quocūqꝫ citra ius ⁊ nomen heredis: ratio que eſt, qꝛ in dubio preſumitur magis nomine ſuo, quam alieno actum gerere. l. magis. j̃. de ſolu, tanto magis debet induci, vbi quis recipit pecuniam debitam defuncto, cum quis non poſſit debitum recipere, niſi habeat ſpeciale mandatū. l. vero procuratori. ⁊ l. hoc iure. j̃. de ſolu. alias enim eſſet ꝓſumptio delicti. Aſſero igitur breuibus quod quēadmodum per ſolam ſolutionē debiti teſtatoris, inducitur aditio hereditatis: eo qꝛ quis cēſetur actum magis nomine ſuo gerere quam alieno, ita etiam inducatur per ſolam repetitionem pecunie debite defuncto. cum magis ſit recipere quam ſoluere, vt s̃. probatum eſt, ne alias incideremus in preſumptionem delicti.

c ALEX. ¶ Ad ſecūdā gl. Adde q̄ not. Bal. in l. fi. C. quod cum eo.

d POMA. ¶ Quero. Not. ſingulariter, quod quando alicui debet fieri ſolutio de certa pecunia, vel frumēto naſcituro ex tali fundo, quod ſi debitor donat illi partem pecunie, vel frumēti, quod non videtur donare, ſed videtur donare animo cōpenſandi. De quo vide hic Pau. de Caſt. ⁊ Iaſ.

e ALEX. ¶ Ultimo circa iſtā vltimā partē vidēdum eſt qualiter ꝯtractus, ⁊c. adde Bar. in l. ſi qs pro eo. §. j. j̃. de fideiuſ. ⁊ Paul. in l. iubemus. §. j. C. ad Trebel. ⁊ tene menti, quod ex iuramento inter patrem, ⁊ filium oritur efficax obligatio de iure Canoni. vt in c. cum iuramento. ⁊ ibi doc. de homi. faciunt not. per Bald. C. de dona. l. fi. adde Bal. conſi. ccclxij. lib. iij.

f POMA. ¶ Si vero. Not. quod illud quod dicit hic Ang. quod licet naturalis obligatio nō ſit potēs ad agendum. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. s̃. de pac. quod tamen in diuiſione hereditatis, que ſit inter fratres, deducitur id qꝺ naturaliter debet habere locum vt dicit hic Bar. quādo talis naturalis obligatio eſt annexa peculio quod not.

g ¶ Iuriſgentium. Que dictat fidem ſeruandam, de quo in l. j. in prin. j̃. de conſti. pecu.

h ALEX. ¶ Et venditionis. Quid autē ſi pater vēdidit vt executor teſtamenti, vel vt miniſter, vel vēdidit filio naturali, vel emācipato, vide Baldum in l. j. C. de ſacroſanc. eccleſijs. in quinta queſtione. Et hic adde Baldum in l. iubemus. §. j. C. ad Trebellianum.

* CLAV. ¶ Met. cauſa. Hoc ſequitur Angel. ⁊ Imo. in l. j. §. fuit queſitum. ad Senatuſconſultum Trebel. ⁊ l. tranſactione. C. de tranſac. Nunquid autem decretum, ſeu interuentus Epiſcopi adhibitus in contractu faciat ceſſare preſumptionem vſure, vide Bal. in l. vnica. C. de confeſ.

i ALEX. ¶ Obligatio naturalis. Vide Moder. in l. j. §. fuit queſitum. ad Trebel.

k ALEX. ¶ Egreditur. Utrum autem pater poteſt cedere actionem filio? Dic vt per Baldū in l. tertia. C. manda. ⁊ ibi etiā an valeat ceſſio facta ab extraneo filio cōtra patrem, ⁊ ibi etiā qd ſi ſit ceſſio fratri cōtra fratrem? Adde quid de cōtractu ſocietatis, an poſſit eſſe inter patrem ⁊ filium. Angelus conſilio cēteſimo duodecimo.

l ALEX. ¶ Et filiū. An donatio conſiſtat inter patrē ⁊ filium, adde Bald. in l. ij. in princip. de dona. Itē valet, ſi pater donat filio, vt habeat in peculiū. l. ſi donatio. de collat. Itē ſi donat filio eunti in caſtra. l. miles. ⁊ l. caſtrenſe. infra, de caſtrenſi pecu. ⁊ l. prima. C. de caſtrenſi pecu. mili. libro duodecimo. cum ibi nota. Item pro dote. l. Pomponius Philadelphus. ſupra famil. erciſcūde. Sed certe, eſt proprie obligationis diſſolutio. l. fi. C. de dotis promiſſ. Item fallit, ſi donat filio emancipato. l. penul. §. penul. infra, pro ſuo. ſecundum vnam lecturam. Iteꝫ fallit ſi hodie donat ex cauſa aduētitia, vt ob merita, ⁊ predictis omnibꝰ

caſibus morte confirmatur. Et ita numerat Angel. in l. ij. ĩ. pro
donato. ⁊ vide ibi Bart. ⁊ quod ibi dixi, ⁊ dicit multũ no. Ang.
in l. ſecunda. §. filium. ĩ. pro here. quod talis donatio non poteſt
per penitentiam reuocari in ꝑdictis caſibus. alleg. text. in l. j. de
his q ſine manumiſ. ad liber. perue. Adde qꝺ dixi poſt Bar. in
l. ij. C. de inoffic. donat. Ange. in l. j. ad fin. ĩ. ſolu. matri. dicit, qꝺ
valet donatio facta filio ſcholari a patre cauſa ſtudij, ſicut in pa-
tre donãte cauſa dotis. d. l. Pomponius Philadelphus. ſed
Jmol. in d. l. j. ſolu. matr. in fi. tenet contra. Adde qualiter dona-
tio poſſit eſſe inter patreʒ ⁊ filium. Pau. de Caſt. conſi. cv. Bal.
conſi. cccvij. ⁊ ccclxij. lib. iij. Rom. conſi. cclxxij. Pet. de Ancha.
conſi. cvj.

m POMA. ¶ Si vero. Vide Alex. conſi. xx. vol. iij. Jmol. in l. j. §. fuit queſitum. ĩ. ad Trebel.

n POMA. ¶ Inter patrem ⁊ filium. An inter patrem ⁊ filium cõſiſtat donatio? de iſto primo caſu Bar. hic vide Alex. cõſi. xx. in j. col. iij. vol. ⁊ in l. antepenul. C. qui admit. Panor. cõſi. lxvj. in j. col. ad fi. ij. vol. Aret. conſil. ij. ⁊ conſi. xvij. ⁊ xviij. Et an talis donatio inter patrem ⁊ filiũ firmetur iuramento, vide Alex. in d. l. ſi donatione. vide etiam Alex. conſi. xcv. vol. iij. vbi ponit, an inter patrem ⁊ filium ex cauſa dotis cõſiſtat obligatio, maxime interueniente iuramento. ⁊ per Soc. conſi. xcj.

o ALEX. ¶ Quia illud. Contrarium tenet Bal. in l. ij. in princ. C. de inoffic. donat.

p POMA. ¶ Si vero. Vide Soc. conſi. cxxij. in ij. dubio.

ALEX. ¶ Imputetur. Et vt hic refert Bal. Gul. determinat hic, qꝺ in dubio videtur ſolutũ cauſa pietatis, nõ vt imputet̃. Et ſic trãſit Bal. ⁊ idem Bal. poſt Bar. in l. cum duobus. §. idẽ Papinianus. pro ſocio.

§. Legati. Fideiuſſori ſoluenti indebitũ competit repetitio. Hoc intellige, quãdo fideiuſſor ſoluit ſuo nomine, ⁊ videbitis ſtatim ĩ. eod. l. indebitam.

LEX XXXIX.

SJ quis cũa fideicõmiſſa.

Si cautio debita in ſoluendo fuit omiſſa, ſoluenti per condictionem conſulitur, hoc dicit. Glo. exemplificat tribus modis, pono caſum ſecundum primum pro iuuenibus. ¶ Quero exemplum huius legis. Gl. ponit exempluʒ in eo, q ſoluit nõ exacta cautiõe Mutiana, vel in patrono. qui erat grauatus vltra debitam portionem, ⁊ ſecundum iſtã lecturã iſtud quod tex. dicit quod poterat ſibi cauere, expone, id eſt ꝓcauere, ⁊ nõ ꝓcauit, imo ſoluit integrum cum poſſet, ⁊ deberet partem ſoluere, vel expone cauere, ſcilicet, proprie per illaʒ cautionẽ ſi cui plus quam per legem Fal. Tertio, ponit exemplũ per l. cum hereditas ex fideicommiſſ. ĩ. ad Treb. que loquitur de cautione conſeruationis indemnitatis. ¶ Quero, quid condicetur? Dicit glo. iſta cautio ſecundũ primũ, ⁊ tertiuʒ caſum, vel quãtitas ſecundũ primũ caſum. Certe in primo caſu non video, ꝙ cautio poſſit condici: quia cautio Mutiana nõ debetur a legatario, niſi cauſatiue. l. Mutiane. ĩ. de condi. ⁊ demõſt. ⁊ legatũ ante preſtitam cautionem tanquam cõdictione nõ exiſtẽte, eſt omnino indebitum, ergo ipſum legatum poſſet repeti, ʒ. eo. l. ſub cõditione. ¶ Quero, qua cõdictione agatur hic? Reſpõdeo prout intelligis quod quãtitas condicatur, agitur condictione indebiti: prout agitur ad cautioneʒ agitur cõdictione incerti, vt ʒ. de vſufr. earum re. que vſu con. l. hoc Senatuſcõſultũ. ⁊ dixi ʒ. eo. l. ſʒ ⁊ ſi me putem. §. j.

LEX XL.

1 Exceptione perpetua ⁊ fauorabili tutus, ſoluens quocunq errore, repetit, ſecus ſi ſit exceptio odioſa.
2 Exceptio an ſit fauorabilis, vel odioſa inſpicitur cui⁹ cauſa ſit principaliter inducta.
3 Exceptio odioſa oritur ſtatuto diſponente, ſi quis nõ poſuerit debitum in cataſtro cadat a iure ſuo.
4 Exceptio fauorabilis oritur ex ſtatuto quod mulier nõ poſſit contrahere ſine conſenſu conſanguineorum.
5 Exceptio inducta ad rigorẽ iuris conſeruandum, dicitur exceptio litis pendentie.
6 Res data poteſt condici, vt retineatur pro expenſis.
7 Libelli, quando condicitur res data, vt poſſit pro expenſis retineri, forma.
8 Naturalis obligatio tollitur pacto, quãdo non eſt contra bonos mores.

QVi exceptionem.

a ᵃ Tut⁹ † exceptio-
1 ne perpetua ᵇ ⁊ fa-
b uorabili ſoluens quocũque errore, repetit, ſecus ſi ſit
c exceptio odioſa. h. d. hec notabilis lex. ᶜ Nota diſtin-
ctionẽ legis, que ſingularis eſt. ¶ Secũdo no. vt cognoſcas an
2 exceptio † ſit fauorabilis vel odioſa, dʒ inſpici cuius cauſa ꝑnci-
paliter ſit inducta. Nã nõ eſt dubiũ, ꝙ Macedonianũ fauet ſi-
fa. tñ q2 principaliter nõ inducit̃ in eorũ fauorẽ, ſʒ in odiũ credi-
torũ, ideſt, feneratorũ, & exceptio odioſa. Exceptio vero Vel-
leiani dicit̃ fauorabilis q2 fuit principaliter in fauorẽ mulieris
inducta, lʒ ſecũdario redũdet in odiũ creditorũ, dicit̃ totũ fauo-
rabile, inſpecto principali ꝓpoſito illius ſenatuſconſulti, et hoc
eſt multũ vtile ꝓpter ſtatuta. † Dicit ſtatutũ, ꝙ ſi quis nõ aſſi-
3 gnauerit debitũ ᵈ in cataſtro, cadat a iure ſuo. certe hinc orietur
d exceptio odioſa, q2 in odiũ nõ ſoluẽtis. ⁊ idẽ in ſimilibus. Si ſi
4 ſtatutũ diceret, ꝙ minor vel mulier nõ poſſit cõtrahere ſine cõ-
ſenſu cõſanguineorũ, hinc orieẽ exceptio fauorabilis. Hoc vi-
ʒ. ſi cer. pet. l. ſi quis nec cauſam. ⁊ in l. rogaſti. eo. tit. ¶ Opp. de
l. ſi. ĩ. ad Macedo. Sol. hic debet intelligi, ꝙ filius tutus Mace-
doniano ſoluit ꝑ errorẽ iuris, ⁊ hoc innuit dictio perperã, po-
ſita hic. facit C. de pe. iud. qui male iudica. l. ij. ſecus, ſi per erro-
rẽ facti. l. cõtraria. ⁊ no. in l. cũ quis. C. de iuris ⁊ fac. igno. Scdo
opp. ʒ. de cõdi. cau. da. l. q ſe debere. Sol. dic vt ibi dixi. Tertio
e opp. de l. Julianus. ᵉ in pn. ĩ. eo. * vbi erat exceptio fauorabilis
* ⁊ ſoluẽs nõ repetit. Sol. dicit gl. ibi erat exceptio inducta ad ri-
gorẽ iuris cõſeruãdũ. quid vult hoc dicere? Si tu intelligis de
exceptione rei iudicate, nõ dicis bene, q2 debitor abſolutus tene-
tur naturaliter tñ, ⁊ non ciuiliter. Et iſto caſu qualiter ſoluens
indebitũ repetat, vidiſti in l. j. ʒ. eo. Nos vero tractamus de
f debito ciuiliter ⁊ naturaliter cui obſtat exceptio. ᶠ Vnde dico er-
5 go, ꝙ exceptio inducta † ad rigorẽ iuris cõſeruãdũ, dicitur exceptio
litis pẽdentie, de qua loquitur d. l. Julianus. in princ. Non dico
cerẽ de exceptione, que cõpetit fideiuſſori, vt prius ꝑncipalis
diſcutiat̃, vel de exceptione ex ep̃la diui Adriani, vt diuidat̃ de-
bitum inter fideiuſſores. Jſte eniʒ exceptiones non liberãt [illegible]
directo, ſed differũt licet dilatio poſſit eſſe cauſa liberationis, ſi
ab alio fieret exactio, ⁊ hoc plene dixi. C. de iuris ⁊ fact. igno. l. cũ
quis. ⁊ ʒ. eo. l. j. ¶ Opp. in locum cuiuſlibet exceptionis cõpetit
exceptio doli, vt l. ij. §. ⁊ generaliter. ĩ. de doli exce. que exceptio
eſt odioſa, ergo nunquam ſolutum repetitur. Sol. dicit gl. inſpi-
g ciendam eſſe originem exceptionis, ᵍ ⁊ bene dicit. Dixit clarius
in l. qui ſe debere. ʒ. de condi. cau. dat.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Qui exceptioneʒ. Ad intellectũ huius legis dũ dic-
ſi tutus exceptiõe fauorabili, ignorãter ſoluit, repetit, intellige
ſecundũ Bal. ⁊ Jo. de Jmo. in l. ſi pater ignorãs. ĩ. ſo. mat. quan-
do cõpetit exceptio, que ſui natiuitate impedit ſiue elidit actio-
nem. Sed ſi eſſet talis hec exceptio, que non eliderit a ſui natiui-
tate, ſed ita demum ſi opponatur vt exceptio compenſationis,
- vel alia, tunc nõ repeteret indebitum, quia non facit indebitum
antequã opponatur, per ea que no. in d. l. ſi pater. Et idem de ex-
ceptione, dolo facis qꝺ petis. Sʒ iſta prius fuit ſententia Bar.
in l. qui inuicem. ʒ. e. ⁊ per illũ tex. quid ſi quis eſt tutus priuile-
gio, an repetat. vide Bald. in l. fin. C. de fruc. ⁊ lit. expen. que vi-
detur velle, ꝙ non. POMA. Declara hanc l. vt per Jaſ. in l. qui ſe
debere in gl. j. de cond. ob cau. Vide Alex. in l. ſi quis cũ aliter.
ĩ. de verbo. obliga.

b ALEX. ¶ Perpetua. Secus ſi nõ eſſet perpetua, vt l. q̃ noĩe. ʒ. eo. Jtem hanc l. limita vt per Bar. in l. qui inuicem. ʒ. eo.

c POMA. ¶ Notabilis lex. Vide aliquid per Alex. in l. ij. ad fi. C. de in ius voc. ⁊ ibi gl. ⁊ doc. Ro. in ſimili conſ. iiij. alias gl. j. dub. conſi. cccxxviij. ⁊ conſil. xxxij. ⁊ xxix. in j. dub. ⁊ Ancha. c. canonũ ſtatuta. de conſti. ⁊ glo. in verbo, alios. in c. ſciant cuncti. de electio. ⁊ ibi Domi. in vj.

d ALEX. ¶ Debitum. Et quid in dubio, vide Bal. in l. fina. C. quã liber. perue. nõ poſ. ⁊ ibi gl. ⁊ vide Bal. i l. cũctos populos. in §. ſexto videndum. ⁊ ibi Bal. in ſua repetitio. C. de ſumma trinita. ⁊ fide catholi.

e ALEX. L. Julianus. Et vide quod notat Barto. ⁊ docto. in l. ij. quod met. cau.

* CLAV. ¶ Inf. eod. Et ibi vide in materia huius legis Barto. ⁊ Aret. poſt alios in l. ſi quis cum aliter. ĩ. de verbo. oblig.

f ALEX. ¶ Exceptio. Sed ꝙ tutus exceptione excuſſionis repetat ſoluens, eſt tex. iuncta gl. contra Bal. in l. cũ is. §. fideiuſſor. ⁊ ibi Bar. ʒ. eo. Sed dici poteſt quod illud ideo eſt, quia ſimul ſoluerunt, ſecus ſi ſeparatim.

g POMA. ¶ Exceptionis. Vide Feli. c. j. de ſpõſa. ⁊ Ancha. conſi. xxx. vide Are. conſi. ij. ⁊ Alex. conſil. xxxviij. in vlt. col. in iij. vol. Aret. conſi. xxix.

6 **§. Si pars.** † Res data põt cõdici, vt poſſit pro impenſis retineri. hoc dicit. ¶ Opp. de l. ſi ita legatum. §. fina. de leg. j. Sol dicit gloſ. hic area eſt pars, ſi tota domus, ⁊ ſic legatum eſt extinctum, licet per heredem reficiatur. Credo quod iſta gloſſ. ſit corrupta vitio ſcriptoris dum dicit, ⁊ per heredem reficiatur, vult dicere per teſtatorem.

Jtalo

Ita loquitur d.l.ſi ita, Nam ſi per heredē reficiatur, licet tota eſſet cōbuſta, deberetur legatario, qꝛ remanet legatum aree, vt l.grege. ⁊ l.domos. de leg.i. ¶ Opp. quibꝰ modis vſuſfru amit. l.quid tamen. §.i. ⁊ §.pen. Solu. dicit gl. eodem modo, hic pars fuit deſtructa, ibi tota. Tu dic, quod ibi erat legata ꝓprietas, vnde non curo vtrum tota vel pars fuerit deſtructa, ſi ꝑ heredem reficit. hic vero erat vſuſfructus legatus, in quo adhibetur illa diſtinctio. ¶ Opp. quod nō poſſit cōdici, vt habeatur retentio. l.ſi in area. ſupra eod. Iſtud eſt forte cōtrariū. Huius timore variatur lec. huiꝰ. §.duobus modis. Quidā intelligunt quod hic res legata non erat defuncti, ſed heredis, ⁊ ideo extāte condictione non trāſiuit dominium recta via in legatarium, ſꝫ heres ipſe tradidit, ⁊ dominiū tranſtulit, ⁊ ſic inter heredeꝫ ⁊ legatarium eſt negotium, ex quo hec condictio oritur, in l. cōtraria nil facit accipiētis, ⁊ ſic inter eos nullum geſtū eſt negotiū. Et hec eſt ſatis bona ⁊ notabilis ſol. Alij dicunt qꝺ etiaꝫ hec lex poteſt procedere in re teſtatoris legata. ⁊ licet dominiū tranſeat recta via in legatarium, tranſit ad eum vt a defuncto, ⁊ ſic videtur habere ab herede, qui cum defuncto eſt vna ⁊ eadē perſona, ⁊ ſic negotium eſt geſtum inter eos ꝙ producebat iſtā actionem, ibi recipiebat vt ſuā, ⁊ a ſe, vt a tradente vel eius authore. ⁊ hec etiā eſt notabilis. Alij dicunt, quod ibi edificauit quis in re aliena[a] tāquam in re propria, ⁊ ſic nullū habebat animum repetendi. hic vero heres ſciebat rem legatam ſub conditione, ⁊ edificando habuit animum prouidendi ſibi, ⁊ etiam legatario ſi conditio exiſteret, ⁊ ſic negotium eſt geſtum inter eos, ⁊ ſic quodammodo videtur negotia eius geſſiſſe. ſꝫ certe hoc caſu haberet forte actionē negotiorum geſtorū, vel in factum. dice-
b mus in l.ꝑtor ait.[b] infra de bon. autho. iudi. poſ. ⁊ ſic ceſſaret cōditio, vt l.q inuicē. ſupra eodē. qꝺ plene dic vt l.domus. cū l.ſequēti. de legatis primo. ¶ Opp. ⁊ videt̃ qꝺ competat cōdictio indebiti, ⁊ nō condictio incerti. l.indebiti. §.ſed ⁊ ſi numi. s̃. eod. Dicit gl. ibi condicitur poſſeſſio, que eſt certa, hic cōdicit̃ retraditio, vt habeat retentionē propter impenſas, qꝺ eſt certū. Tene menti hāc gl.[c] ⁊ ex hoc percipis qualiter hic debeat formari libellus. ¶ †Non enim condico rem nec rei poſſeſſionem, ſꝫ ſolum peto retraditionem, vt habeant retētionem propter impēſas: nō dico poſſeſſionē, ſed retētionē tātū ꝓpter impenſas.

ADDITIONES.

ALEX. ¶ Re aliena. Et adde l.ij. ⁊ quod ibi Bal. in j.colū. C. de ſerui. ⁊ aqua. An pro expenſis factis poſſit res retineri, latius per eum in l.ſi. C. commo. de hoc ibi, ⁊ generaliter quando quis poſſet vti retentione.

ALEX. ¶ L.pretor ait. In contrarium eſt caſus, in l.in hoc iuditium. s̃. communi diuidundo allegat Ioan. de Imo. in l.domos. hic allegata, ⁊ illum tex. habeo allegatum hic in libro per Iaco. de Are. ſuper gl. l.ex quibꝰ. j. eod. tit. vide Bal. in l.ſi quis ſciens. C. de rei vēdica.

ALEX. ¶ Hanc gloſſ. Not. quia iſtud ius retinendi impenſas tranſit ad ſingularem ſucceſſorem ſine ceſſione. Tex. eſt notabilis in l.in hoc iudiciuꝫ. in §.impendia. in verſiculo, ſed is. ſupra communi diuidundo. Facit quod habetur in l.reſcriptum. §.ſi. de pactis. ⁊ quod ibi Barto. ⁊ vide quod not. Bar. l.in l.ſi is q hereditā. infra eod. tit.

§. Si pactus. Per pactū tollitur obligatio operarum, que poſtea ſolute repetent̃. h.d. Iſtū §. intellige in pacto appoſito de non preſtandis operis alijs ab obſequialibus. Nā pactum, ne opere obſequiales preſtentur parenti, vel patrono eſt cōtra bonos mores. l.alia. §.eleganter. ⁊ §.ſi paciſcat̃. ſol. matrimonio. Nec obſtat l. Stichū. §.naturalis. j. de ſolu. †quia tunc per pactū naturalis obligatio tollitur, quando non eſt cōtra bonos mores, ſed pactū de
* obſequijs non preſtandis, eſt cōtra bonos mores. igit̃ ⁊c.* Vide glo. hic in verb. opere. ⁊ nota eam. Vel ſolue ad d.§. naturalis, in eadeꝫ gl. allegat. quod ibi loquitur in naturali, que eſt de iure gentium, eſtque ex conſenſu partium introducta que per cōſenſum contrariū tolli poteſt, arg. l.nil tam naturale. de reg. iur. Sed hic loquitur de naturali, que preuenit ex inſtinctu nature, ꝓpter precedens meritū, que ita tolli, nec remitti poteſt: quia eſſet contra bonos mores, vt in authen. vt liberti de cetero aur. non iudicen. §.illud vero. Et fine iſtius glo. not qꝺ non poteſt renuntiari iuri dicenti, qꝺ propter ingratitudinem donatio reuocetur, quia hoc eſt contra ius naturale, qꝺ eſt, vt benefacienti benefaciamus. ⁊ hoc probat ideo, quia ibi eadē ratio prohibitionis habet locum in renuntiatione que erat in iure renūtiatoris: ideo nō valet renūtiatio vt j. de noua. l.doli exceptio. §.pe ⁊ fina. Quia per delegationem videtur doli exceptio delegari, l.ſi quis delegauerit. j. de nouat. pro hoc etiam qꝛ iuri naturali ex quo debetur reuerētia non poteſt renuntiari, ergo neque iuri ingratitudinis, vt C. de bo. liber. l.fin. Ad qꝺ facit gl. in verb. proferre. in l.ſi conuenerit. j. de re iudica. vbi dicitur cō iuri introducto propter reuerentiaꝫ perſone, non poteſt renū-
* tiari. ergo, ⁊c.*

LEX XLI.

Quod pupillus. Pupillus infans vel cum tutore ꝯtrahens etiam naturaliter non tenetur. h.d. ¶ Opp. infra de noua. l.j. in ſi. Sol. intelligas hic in pupillo infante, vel contrahente cum tutore. Et dic plene vt dixi in l.contraria. ⁊ ꝑ gl. in l.pupillus. infra de regulis iur. ⁊ per Cy. in l.j. C. de inut. ſtipulatio. Quid ſi pupillo ſoluatur indebitum, dic vt l.ſi pu-
* pillus. j. de ſolut.* Vide gl. Inſtitu. qb. mod. re cōtrah. oblig. §.is quoque. in verb dationem, que incipit. Sꝫ qualiter tenet̃. q̄ dicit, quod pupillus contrahēs cuꝫ tutore, non ſolum ciuiliter obligatur ſibi, ſed etiā naturaliter, vt hic cuꝫ glo. Sed quid ſi eſt pupillus maior infante, ⁊ contrahit cū aliquo extraneo, ſine tutoris authoritate, nūquid obligatur ſaltem naturaliter? Dicit gl. quod ſic. j Inſti. qui. mo. re cotra. obli. §.is quoque. in gl. in d. verb. datiōe, que incipit, ſed qualiter tenet̃ ex mutuo. Contrarium notat gloſſ. C. de inutili ſtipul. l.j. in verb. non es obligatus. que incipit, dic, qꝺ pupillus. que dicit, quod nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur: quia obligatio non tenet, vt dicit tex. Inſti de autho. tuto. in princip. ver. vñ in ijs. ⁊ j. de autho. tuto. l.obligari. in princip. ⁊ leges ille generaliter loquūtur: ergo generaliter debent intelligi. arg. l.de pretio. s̃. de publicia. in rem act. ⁊ de legat. preſtan. l.j. §.generaliter autem. Item lex dicit, quod nullus eſt cōtractus qui fieri poſſit cum pupillo vt Inſti. de autho. tut. in princip. Sꝫ ſi obligaret̃ naturaliter, haberet illa obligatio aliquem effectum, vel in vim compenſationis, vel retentionis vt j. de compen. l.etiam. ergo eſſet cōtractꝰ aliquis, ⁊ ideo non poſſet dici nullus. Itē furioſus, ⁊ ꝓdigus comparātur pupillo tutorē habēti, vt C. de in integ. reſti. min. l.ſi curatorem habēs. ſed furioſus, ⁊ prodigus nō obligat̃ etiā naturaliter, nec ciuiliter, probatur, ſi obligarentur naturaliter poſſet ei accedere alia obligatio, quod tamen eſt abſurduꝫ. vt j. de verbo. obliga. l.is, cui. Quia obligatiōi naturali bū poteſt accedere fideiuſſor. l.j. de fideiuſſo. Item interdictio facta repellit quē ab obligādo. j de fideiuſſo. l.ſi debitori deportato. cum ergo pupillus equiparetur prodigo, cui bonis interdictū eſt, vt probatum eſt per conſequens obligari non poteſt, intelligo ergo glo. que dicit, qꝺ obligatur naturaliter, ſcilicet in eo, in quo factus eſt, locupletior, vel ſi doloſe verſatus eſt vt j. depo. l.j. §. an in pupillū. aliter nō, vt predixi. Et circa materiam huius legis, dic ita, aut eſt infans, vel proximus infantie, ⁊ tunc pupillus non obligatur aliquo iure vt l.iij. j. commo. ⁊ l.j. §.j. de cōſti. pec. Ratio eſt quia iſte talis non fingitur habere perfectū ſenſuꝫ intantum vt alteri obliget̃, vt l.pupillus. j. de autho. tuto. iuncta l.j. C. de fal. mo. ⁊ l.more noſtre ciuitatis. de acqui. heredi. Sed, vt alium ſibi obliget, bene videtur habere conſenſum vt §.pupillus omne. ver. ſꝫ qꝺ diximus. Inſtit. de inutili ſtipula. ⁊ l.j §.i. j. de admi. tuto. Et hoc, niſi eſſet locupletior ex illo cōtractu: quia tunc intantum obligatur inquantum eſſet locupletior, ⁊ tenetur ciuiliter, ⁊ naturaliter: nō tamen actione ex eo cōtractu, vt alleg. l.iij. ⁊ l.i. §.ſi. j. commo. Aut eſt proximus pubertati, ⁊ tūc aut contrahit cum tutore ſuo, ⁊ nullo iure obligatur: quia lex expreſſe reſiſtit tali contractui, vt notatur in l.pupillus. j. de autho. ⁊ conceſ. tut. ⁊ in l.creditor. §.ſi vero. s̃. de iurein. Aut cōtrahit cum alio, ⁊ tūc aut in rebus immobilibꝰ, in quibꝰ lex expreſſe reſiſtit, ⁊ tunc nullo iure obligatur, nec naturaliter, nec ciuiliter. l.ſi ad reſoluendam donationem. C. de predi. minorū. Aut in alijs, in quibus lex expreſſe non reſiſtit, ⁊ nō obligatur naturaliter, vt s̃. de iurein. l.creditore. §.ſi vero creditor. Et hoc, quando dolum nō cōmiſit: quia tunc nec naturaliter quidem eſſet obligatus, ſed propter dolum tenebitur naturaliter, ⁊ ciuiliter, l.i. §.an in pupilluꝫ. j. depoſ. ſecus, ſi culpa tā-
* tum. l.ij. j. de fideiuſſo.*

LEX XLII.

Pene. Dic vt in gloſſ. facit quod dixi ſupra eodeꝫ. l.qui ob rem.

LEX XLIII.

Si quis iurarit. Tutus exceptiōe iuriſiurādi per errorē ſoluens repetit. hoc dicit.

LEX XLIIII.

a **Repetitio.** [a]An ſit debitum, inſpicitur ex ꝑſona eius, cui ſoluitur. hoc dicit. Cōtra. s̃. eo. l.ſi pene. §.j. ⁊ l.ſi a patre. C. eod. Sol. vt in d.l.ſi pene.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Repetitio. Limita vt ꝑ Ro. cōſ. cccclviij. in vlt. dub.

LEX XLV.

SI is qui. Qui ex hereditate ſibi debitũ nõ deducit, repetit. hoc dicit. ¶ Que
ro quid ſi heredi erat debitum naturaliter tantum?
Reſpon. idem, vt l. Stichuz. §. aliquando. infra de ſo
lu. Videtur enim heres ſibi ſoluere ſtatim cũ eſt heres. l. ſi em̃.
infra de euic. ¶ Sꝫ quero, quid repetet, pecuniam nõ debitaz?
certe non poteſt repetere, quia eam nõ ſoluit. Hereditatem? nõ
poteſt repetere, quia eã debite ſoluit. Puto qđ repeteret quã-
titatẽ ſibi debitaz, licet eã nõ ſolueret. l. ſi mulier. ſupra titu. ij.
⁊ l. ſi quis accepto. eod. titu. Illam enim quãtitatẽ ſoluiſſe vide
tur. Cõtra predicta facit ſupra eod. l. qui exceptionẽ. §. ſi pars.
Solu. ibi fuit ſoluta certa ſpecies, hic fuit ſoluta quedã iuris
vniuerſitas, vt puta hereditas, que continet omnia debita ⁊ cre
dita ⁊ ſimilia. Et ſic iſta pecunia poteſt videri ſoluta, quia de
ipſa hereditate deduci poteſt. facit infra de impẽſis in reb. do.
factis. l. quod dicitur. §. ſi dos.

LEX XLVI.

QUi heredis. Hanc legem habuiſtis decla-
ratam ſupra eodem, in l. ſi pro
curator, dic vt ibi.

LEX XLVII.

1 ☞ Fideiuſſor videtur habere mandatum de ſoluẽdo.
2 Mandatum habens ſpeciale ad aliquid agendum, videtur ha-
bere etiam mãdatum ad ea que veniunt neceſſario ad mãdatũ.

a **INdebitam.** [a] Iſta eſt lex valde notabilis,
ſi fideiuſſor ſoluat indebitũ,
debitori cõpetit repetitio, ſi eius nomine eſt ſolutuz,
vel fideiuſſori, ſi ſuo ꝓprio nomine ſoluerit, hoc dicit.
1 ¶ Nota tu iuuenis, † qđ fideiuſſor videtur habere mandatum
de ſoluendo. ¶ Secundo nota diſtinctionem huius legis. ad qđ
facit infra mandati. l. Papinianus. ⁊ quod ibi notat. ¶ Op-
ponitur d. l. ſi quis alicui. i fine. infra de acquir. hered. Solutio
hic habebat mandatum, ibi, non, quia erat reuocatum per furo
rẽ. ¶ Opponitur de l. ſi procurator. ſupra eodez. vbi videtur,
quod requiratur ſpeciale mandatum, vt ei cuius nomine ſolui
2 tur indebitum, competat repetitio. Solutio, dico † quod illud
quod dicitur, quod requiritur ſpeciale mandatũ, debet intelli
gi vel quod idipſum principaliter mandatur, vel aliud ad quod
ipſa ſolutio neceſſariam habeat conſequentiã. Hic eſt caſus in
hac lege. Hoc tene menti in omnibus caſibus, in quibus requiri
b tur ſpeciale mandatum[b] ſi mandatur aliquid nominatim, ad
quod habeat neceſſariam conſequentiam illud, quod per ſe re-
